sacerdoti cuz primis & litte

537

Jodocus Badius Ascensius: Egidio Turrario Sacerdoti cuz primis et litte
rato et probo unice dilecto Salutem dicit.

COgitanti mihi anxieque disquirenti/qua nam purgatione tã longi silentii culpam diluerem (q̃ q̃ Tabellariorum qui tot menses nos non vicerunt pe nuriam merito excusare possem) in mentem venit consilii cuiusdam non q̃ dem recti sed tamen per errorem arbitrantis se obsequium prestare deo: Saulis videlicet adhuc spirantis minarum et cedis in discipulos domini. Qui ut omnium manibus in protomartyrem Christi Stephanum lapides ne fãdos iaceret: seui⁹ custos ad omniũ lapidãtiũ vestimẽta cõsedit. Quid isti⁹ (inquies) simile cõmentus es Badi? Nempe ut te in hac tot epistolarũ fronte nuncuparem/eo videlicet consilio ut omnes (Nam multos fore confi dimus) qui vel titulum huius epistolii legẽt: te verbis meis saluere iubeãt: tu[illegible] decentissimi[illegible]ibus: graui doctrine et suauissime humanitati assurgant: quibus lucubratiũ cu[illegible] meas in totum hoc epistolarum opus tam vouenter dicatas intelligant. In quibus: q̃ q̃ possu mus precium dicere muneri: q̃d mueruerim⁹ sit tuũ tuique similiũ iudiciũ. De operis aut p̃stãtia et auc toris laudibus: tametsi cõsulti⁹ forsan sit tacere q̃ pauca dicere: tamen illud citauero qd̃ Marin⁹ Scodreñ. in medium attulit. Qui contra Sidonium Apollinarẽ disputans: quippe q̃ in epistolari stilo silẽdum prorsus de Cicerone autumat: eumque irridet Plinium illi preferens adducensque ne scio (inquit) quos Titianos et Frontonianos irrisionis sue auctores: in Ciceronis laudem sic prorum pit. Quibus ego (inquit Petrarcha) simulque oĩbus idem sentiẽtibus una voce respondebo: hoc solũ (sicut quidem verum est) illud Senece: quoniam quicquid habet Romana facundia: quod insolenti grecie aut opponat aut preferat: circa Ciceronem effloruit: verũque illud Quintiliani: ubi inter mul ta et gloriosa preconia viri huius dono prouidentie genitum dicit: quo totas virtutes suas e[illegible]quentia experiretur Et post multa quibus hoc probat. Quare (inquit) non immerito ab oĩbus etatis sue regnare in iudiciis dictus est: Apud posteros vero id consecut⁹ ut Cicero iam non hominis nomen sed eloquentie habeatur. Hunc igitur spectemus: hoc propositum nobis exemplum sit. Ille se profecisse sciat. Cui Cicero valde placebit. Sicut hec inquã vera sunt: sic illud quoque verissimum: Quibus dis splicet Ciceronis oratio eos vel non nosse verã perfectamque facundiam vel odisse. Atque ut semel dicaz quod verissime sentio. Marcus Tullius ut in omni eloquentie genere: ita in epistolari stilo sine dubio principatum obtinet et verborum et rerum ratione: q̃uis a Seneca Ciceronẽ carpi sciam q̃ in suis epi stolis de familiaribus negociis multa reposuerit: Et iniuria. Nãque ea duz scribebantur necessaria erant et nunc cognitu sunt non indigna. Post Ciceronẽ primum obtinet locum omnium iudicio Pli nius Cecilius siue minor (ut dicatur) mauis quem nepotis cognomine vulgo distingui iam cõceptũ im mo receptum video. Post quem longo interuallo sequuntur alii q̃uis pauci. Ex quibus Seneca An neus damnatur vel Fabii et Gellii iudicio. Et diuus Hieronymus laudatur a nobis. Tulliana enim eloquẽtia in eius epistolis minime desideratur. his dũtaxat exceptis: que Hebraicis translationib⁹ siue auctoritatibus referre: queque falso: aut dubio titulo eidem ascripte sunt. Hec ille: que q̃ grata tibi ceterisque Ciceronis amatoribus putabam in medium adducenda censui. Vale Turrarie opti me et me qd̃ facis ama. Ex officina nostra Chalcographa Quarto Kal. Julias. M. D. I.

Cicerõis p̃stãtia et laudes.

Qui i epi stolis ex cellant.

Minime desidera tur[illegible] de[illegible]

¶ Jodoci Badij Asensij in epistolarum compositionem compendium isagogicum: breuitate ꝛ facilitate preditum.

¶ De epistola ꝛ litteris. Titulus prim⁹.

Epistola littere sunt missiles aut mitti idonee quibus aut absentes facimus certiores si qd est qd eos scire aut no[stra] aut ipsoꝝ intersit: aut res graues de philosophia deqꝫ repu. tradim⁹ aut iubem⁹: aut familiares ꝛ iocosas significam⁹.

Tria epi-stolaꝝ eẽ genera.

¶ Unde tria sunt epistolarum genera de quibus titulo tertio. Dicta quidem est epistola ab epistello verbo greco quod est mitto: vnde missiles dixi litteras esse. Sane more greco fit diminutiuum epistolium quo Catullus vtitur. Dicuntur autem littere non tam (vt inquit Scodrensis) a litteraꝝ multitudine: ꝙ a lituris que in epistolis fiunt ꝙ non ea cura mittũtur ad amicos ꝛ familiares que cetera/que non ad familiares perferuntur. ꝙuis ꝛ pro disciplinis ꝛ scriptis omnibus vsurpentur. Ad literã dic quasi legiteram: eo ꝙ legenti iter pbeat vel ꝙ in legẽdo iteretur vel a lituris ꝙ scripta deleri possit: quoniam plerunqꝫ in ceratis tabulis antiqui scribere delereqꝫ solebant: vel ab eo ꝙ atramento liniatur: vel a linea: que grece dicitur: ꝙ ex linea constet: Seruius: Priscianus. Grammatici omnes: docent.

Lr̃a vnde dicantur.

¶ De epistole ꝛ litterarum consimiliũqꝫ quantum ad elegantiam cum numeralibus discrimine. Ti. ij.

¶ Epistola ꝛ quecunqꝫ alia singularem habentia citra distributionem posita distributiua refugiunt que littere et cetera in quouis significatu singulari carentia etiam admittunt: sub distributione autem omnia indifferenter distributiua efflagitant: sed ad tantum pluralia non fiet singulariter relatio.

¶ Huiu[s] dicti quattuor sunt membra. Primum ꝙ singularem habentia distributiua refugiunt nisi distributionem admittant. Secundum ꝙ singulari carentia saltem in qua significatione a nobis accipiuntur citra distributionẽ cum distributiuis poni possunt: vnde pro duabus epistolis recte binas litteras dixeris. Tertium est ꝙ omnia distributiue posita siue singulari carent: siue non. cum distributiuis rite ponuntur: vt dedi pueris meis binas epistolas idest singulis duas. Quartum est. ꝙ ad tantum pluralia non fiant relationes singulares quod te grammatica docuit puer: vnde si dixeris dedi ad te binas litteras. addes quarum vnis aut alteris respondisti: non vni aut alteri. Contra si duas dedi pueris meis epistolas: addam quarum alteri. si tamen binis: binas dederis ꝛ binis responsum sit: dices: quarum alteris. Similiter si propter adiunctum singulari careat: vt in Buco. Aurea mala decem misi: cras altera mittam: videlicet decem.

Distribu[tiua] ... qua- ...er cũqꝫ ...sin...ri ca-...r.

Uirgil⁹.

¶ Tria esse apud Ciceronem epistolarum genera. Ti. iij.

¶ Epistolarum genera secundum Ciceronem tria sunt. Unũ quo facimus certiores absentes si quid est quod eos scire aut nostra aut ipsorum intersit. Alterum seuerum ꝛ graue: vt de repu. ꝛ de philosophia. Tertium familiare ꝛ iocosum. Ad hec autem cetera reduci possunt omnia.

¶ De his vide Ciceronem lib. ij. epistola. iiij. ad Curionem.

¶ In primo genere sunt plurime apud Ciceronẽ ꝛ Plyniũ aliosqꝫ epistole quas scripserunt: q: presentes conuenire non poterant: ob id enim inuente sunt epistole. In scdo sunt diui pauli: senece: diui hieronymi: diui augustini: multorumqꝫ grauium virorum littere: quas scripserunt aut q: ne tũc quidem aut q: non sp cõuenire poterant quos docere volebãt. In tertio sunt nõnulle apud Ciceronẽ. plures apud philelphũ Pogiũ ꝛ alios qui res familiares aut iocosas scripserunt.

Qui epistolas scripserũt ꝛ quo gñe.

¶ De epistolari officio ex Scodrensi. Ti. iiij.

Hieronymus ad Marcellam scribens: Epistolare (inquit) officium: est de re familiari aut de quotidiana conuersatione aliquid scribere: ⁊ quodammodo absentes inter se presentes fieri: mutuoq; aut quid velint: aut quod gestum sit nunciare: licet interdū confabulationis tale conuiuium doctrine quoq; sale condiatur. Tullius ad Quintum fratrem libro primo. Illud: quod est epistole proprium vt is ad quē scribitur de hijs rebus quas ignorat: certior fiat pretermittendum esse non puto. Et ad figulum. Querenti mihi ⁊c. vide libro quarto epistolam. xiij.

¶ De epistolarum partibus. Ti. v.

Epistolarum autem familiarium partes quinq; poni solent. Salutatio. Exordium siue principium. Narratio. Petitio. Conclusio. In grauibus quidem omnes orationis partes locum habere possunt: non tamen omnes necessarie sunt. In familiarib⁹ autem insani sit capitis adhibere diligentiam vt omnes partes insint cum preter salutationem que tamen omitti subinde potest: ⁊ preter rei quam monendo. commendando. recitando. postulando. conquerendo. gratulando. ridendo iocando. fabulando aut aliud faciendo significare volumus narrationem: ⁊ preter quamlibet conclusionem: neq; exordio neq; insinuatione opus sit vllum. Unde (vt inquit) Scodrensis Narratio tenet totum fere corpus epistole: requirit tamen interdum orationis partes: Diuisionem: Confirmationem cōfutationem vti ⁊ exordium ⁊ conclusionem. sed has frequentius: illas rarius.

¶ Cicero enim in familiaribus raro aut nunquā exordijs vtitur. Orationis autem partes a Sulpitio in opusculo de epistolis explicantur: ⁊ late habentur in primo ad Herennium libro.

Orationis partes que sunt ⁊ vbi de his tractetur.

¶ De salutatione ⁊ speciebus eius. Ti. vj.

Salutatio est qua animus scribentis in eum ad quem scribit significatur prima conuentio. Eius autem species sunt tres subaudita: breuis: ⁊ plena.

¶ Subaudita est quoties properanter scribentes animos nostros solo epitheto: hoc est adiectino beneuolentie aut maliuolentie significamus hoc pacto. Suauissime fili. Nate dulcissime Parens optatissime. Pater desideratissime: aut in primis colende. Honerande obseruande. Frater optime aut charissime. Mater prestantissima Probe adolescens. Iuuenis studiose. Amicorum integerrime aut intime. Uicine bone. Compater dilecte ⁊ similibus. Ad quas addamus. Uelim scias aut opus est mihi hac vel illa re. Has cenas nos conuenito ⁊c. ¶ Breuis est qua suppresso nostro nomine eum ad quē scribimus saluere iubemus: hoc modo. Salue dulcissimum decus meum. Aue virorum clarissime. Saluus sis fili indulgentissime. Saluere te gaudeo fili charissime. Saluum te esse volupe est. Bene tibi sit. Bene tibi esse volumus. Optamus salutem. Premissa salute: aut salutem sine alterius accessione. ¶ Plena salutatio est que vltra salutandi partes ⁊ superscriptionis ⁊ subscriptionis fungitur munere. vt Iodocus Badi⁹ Ascensius Christiano stichilo filiolo suo charissimo salutem dicit. Alijs salutem alijs felicitatem: alijs sanctam vitam dicere licet. Poteris autem verbum subticere. Nam satis erit dum dices. Ascensius stichilo suo salutem. Neq; vero dices. Salutes plurimas: aut quot maris sunt harene: aut salutes: nam salus plurali caret. ¶ Precipiunt autem quidam magis audiendi nomen scribentis antequā eius ad quem scribit ponendum esse: etiam si minimus quisq; ad maximum scribat: idq; Ciceronis auctoritate firmatum volunt: qui nomen suum semper preposuisse comperitur. verumtamen cum consularis fuerit vir: difficile superiorem inuenerit. Quocirca non damnem eorum modestiam qui principum virorum nomina preponūt vnde est illud Sulpitij Uerulani viri in hac arte peritissimi. Clarissimo viro Falconi Simbaldo patricio Romano: protonotario apostolico: apostoliciq; fisci custodi Iohā. Sulpiti⁹ Uerulan⁹ Salu.

Salutationis partes ⁊ officium.

Nomen scribētis an ⁊ qn̄ in salutatione ꝑponi debeat.

Contra qui scribentis nomen preponendum censent non futilibus tutantur nominibus. Nam ⁊ Terentia Marco Tullio Ciceroni salutem dicit preposito suo vt pote scribentis nomine. Et ana charsis Scythe philosophi ad Ammonem regem epistola sic incipit Anacharsis Ammoni salutem Alexandri quoq; ad matrem extat epistola quã. A. Gellius lib. xij. capitulo quarto recitat sic icho ata. Alexander Jouis Ammonis filius Olympiadi matri salutem. Scodresi. autem superstitiose quosdam contendere dicit: ⁊ nimis illorum nomen ad quos littere scribuntur nunq̃ nomini scriben tis preponendum. Idem inquit. Alexandrum magnum salutem nemini in epistolis dixisse nisi Pho cioni ⁊ Antipatro scribit Plutarchus qui etiam auctor est Cesarem primum mutua amicorum per epistolas colloquia excogitasse quum ob negociorum multitudinem ⁊ vrbis magnitudinem viuos vr gentium causarum affatus haud tempus expectaret. Hec ille. E quibus non putes ante Cesarem neminem familiares epistolas missitasse. Hanc autem plenam salutationem non opus est premitte re nisi in litteris apertis ⁊ equales sunt que scribuntur ⁊ imprimuntur continue aut in facie librorum quando vero talis salutatio plena premittitur non est necesse in fine nomen scribentis repetere nisi aut modestie aut sui cõmendandi gratia. Tunc enim dicere licet sic. Idem tibi deditissimus alũn?. Aut tui obseruantissimus seu amantissimus cliens. discipulus. famulus: prout in Sulpitio videre lz Sed has salutationis partes altius prosequamur.

Familia res quisp mũ litte ras ex co gitauit.

De superscriptione. Ti. xij.

Superscriptio est exterior super epistolam scriptio: nomen: merita: locumq; eius ad quem scribimus continens.

Nomẽ p priũ ante officij aut dignitat nomẽ an preponi d beat.

locus ad quẽ mit tuntur lit tere quo casu sint scribende

Que ĩ epi stola vitã da.

Sunt autem qui nomen proprium ante officij aut dignitatis prenomina ponendum censeãt: qd in subscriptionibus quidem modestie gratia obseruamus. Vt Sixtus dei gratia seruus seruorũ dei Ludouicus prouidentia diuina francorum rex ⁊c. Sed in superscriptionibus si officia ⁊ merita p̄pol lent preponenda censeam: vt inuictissimo atq; christianissimo francorum regi Ludouico duodecimo ⁊c. Tam vero proprium nomen q̃ eius epitheta in dandi casu ponere solemus: quia subaudimus: aut dentur littere: aut salutem dicit. Liceat tamen dicere. Ad magnificum equitem auratum ⁊c. Locus autem vel in accusatiuo ponetur sine prepositione si est proprium loci minoris simplicis figure aut cũ prepositione si aliud. Vel in genitiuo seu ablatiuo expresso aut facile intellecto verbo aut partici pio quietis ⁊ motus in loco. vnde sic scribere licet. Romam ad edem diui Petri Lugdunum ad di uum Johannem baptistam. Aut sic. Studioso adolescenti Parrhisijs bonis litteris insudanti. Probo negociatori Brugis argenti Gandaui residenti ⁊c. Preconia autem pro dignitate iustum esset conficere: neq; fas est vno gradu preditos: si differentibus sunt meritis eodẽ modo affari. Nã licet quos ad scribimus oẽs sint bonarum artiũ professores: alios tñ doctos: alios cum primis vel ĩ pri mis vel inter primos doctos ⁊ eruditos: alios longe doctissimos: aut facile doctissimos: aut summa ma doctrina preditos nuncupabimus. Vitande autem sunt nimium fucate aut calamistrate com pellationes que adulationem suboleant: de quibus videbis Sulpitiana exempla. Epitheta autem que idem confuse ponit sic sua quibusq; accõmodabis.

Summo pontifici ascribenda epitheta.

Epithe ta ad vari os diuer sa tamen

Sanctissimo diui Petri successori. Summo Romanorum potifici. Reuerentia omniq; obserua tione dignissimo Pape antistitiq; Romanorum maximo. Sanctissimo Christi in terris vicario. Sũ mo vigilantissimoq; Christiani gregis pastori ⁊c.

Imperatoribus apta.

Diuo atq; inuictissimo Romanorum imperatori felicissimo totius orbis moderatori. Faustissi mo rerum potitori. Incomparabili orbis monarche. Diuo Cesari semperq; Augusto togatorũ prn cipi Inclytissimo: totius orbis triumphatori. ⁊c.

Cardinalibus apponenda.

In primis reuerendo cardinaliq; presbytero. Sanctissimo archipresul ac firmissimo Romani põ tificatus cardini. Summa obseruatione dignissimo romanorum pontificatus cardinali. Multa re uerentia digno romani pontificis assistori cardineo.

Regi addicenda.

Inuictissimo Romanorum regi. Magnanimo triumphatori ⁊ Christianissimo Francorum regi Clementissimo Hispanorum rectori sceptiferoq; principi ac regi. Excellentissimo sũmaq; virtute p̄ dito anglorum regi ⁊c.

Archiepiscopo conuenientia.

¶ In primis sancto patri & primatus Lugdunen. archipresuli. Reverend[illegible] admodum in christo anti stiti: & nerviorum tornatorumve presuli. Sanctissimo presuli & inclyto Leodic[illegible]um episcopo. Vigilantissime gregi suo superintendenti Cameracensium episcopo.

Archiduci duciq; congrua.

¶ Clarissimo atq; invictissimo archiduci. Inclytissimo bellatori invictissimo suorum d[illegible]tori & generosissimo atq; eidem splendidissimo duci. In primis strenuo atq; preter ceteros fortunato hor[illegible]illorum duci &c.

Abbati & ceteris prelatis applicanda.

¶ Reverendo patri Observando cum primis archiepresbytero. Religiosissimo viro ecclesie. N. archidiacono Vigilantissimo gregis dominici pastori. Magno ecclesie. N. curato. Eximio conventus carmelitarum presidi Observantissimo divine legis inter minores patri Disertissimo fratrum predicatorum concionatori &c.

Comitibus equitibusq; auratis debita.

¶ Fidelissimo imperatorie maiestatis comiti. Inclytissimo Flandrini comitatus principi. In primis strennuo bellatori equitiq; aurato. Aureo cingulo insignito summeq; virtute predito nec minus felici in bellis gerendis equiti. Alto loco nato clarisq; natalibus perspicuo equiti &c. Forti admodum equiti &c. in primis strennuo.

Religiosis & doctoribus quadrantia.

¶ Venerabili patri. Viro religioso admodum & in primis colendo, multa sanctitate perspicuo. Summa castimonia claro. Excellenti abstinentia ornato. Summa religione predito. Viro disertissimo Poetorum antistiti. Eloquij Romanorum principi. Iureconsultissimo Medico peritissimo Apoline artis expertissimo. Divinarum litterarum interpreti perfectissimo. Divine pagine professori eximio. Doctissimo bonarum artium doctori &c.

Iudici & prefectis urbium accommodanda.

¶ Incorruptissimo iuris administratori. Sanctissimo legum executori. Integerrimo legum interpreti. Vigilantissimo urbis prefecto. Diligenti admodum civitatis moderatori. Optimo morum censori. Iustissimo edili. Equissimo iudici. Inviolabili iusticie presidi. Fori totius splendori &c.

Civibus & negociatoribus ceterisq; bonis idonea.

¶ Splendido civi. Prudentissimo viro. Optimo civi Laudato admodum negociatori. Mercuriali viro probissimo. Negociatorum optimo. Diligenti operario. Solerti opifici. Probo mercatori. Studioso scholastico. Ingennuo adulescenti: spectate indolis puero &c.

¶ De subscriptione. Ti. viij.

Subscriptio autem est modesta notificatio scribentis cum loci temporis ac meritorum eius specificatione post vale sub calce epistole posita.

¶ Quattuor igitur ad eam pertinent. loci unde epistola mittitur descriptio: temporis quo scripta est notificatio: que duo continuo post vale scribi solent. Item scribentis & eius meritorum modesta declaratio: que si humilis est scribens in postrema parte poni solet: neq; vero ut dixi si plena sit salutatio premissa. necesse erit iterum scribentis nomen ac merita reponere. Quinetiam negociatores temporis & loci in fronte meminisse solent. Locus autem, iuxta regentis exigentiam, nunc in genitivo nunc in ablativo: nunc sine prepositione: nunc cum prepositione ponetur: ut ex officina nostra litteraria Parrhisijs. Ex Parrhisiorum Lutecia. Datum Rome. Scriptum Lugduni. Sed honestius talia iubaudiuntur: ut Vale Lugduni: kalendis martijs &c. Aut Lugduno &c. Cicero enim frequenter utitur ablativis pro adverbijs de loco positis. Tempus aut in ablativo sine prepositione ponemus aut cum prepositione in eo casu quem ipsa efflagitat. ut Lugduno anno millesimo quingentesimo septimo kalendas Aprilis: aut ad kalendas aprilis. Cum vero dicimus pridie kalendas: aut tertio kalendas perficitur sic: pridie idest die precunte aut preituro kalendas. Tertio die ante kalendas aut inter Kalendas: unde q; subauditur ante. ideo dies denoiabitur a sequentibus kalendis nonis aut idibus non precedentibus. Et ideo q; primus cuiusq; mensis dies kalende sunt. ideo qui ab eo denominabuntur dies erunt in mense precedente. Sed qui a nonis & idibus: in eodem mense. Sunt autem statim post kalendas: none in quattuor mensibus incipientibus ab his litteris immo. i. iulio: martio: maio: & octobri sex in reliquis quattuor: deinde in omnibus idus octo. post quas sunt Kalende sequentis mensis. Nam Kalendarum nonarum & iduum unum duntaxat diem esse voluit quem aut verius dies ab eis denominandi. Kalendis ipsis in ablativo ponemus dicentes kalendis nonis aut idibus augusti &c, quasi dicamus

Tempus in quo casu ponatur.

None quot sint & quando incipiunt.

Cum vero dicimus ad Kalendas est quasi iuxta aut circiter kalendas & dies incertus: sed pridie kalendas est dies precedens: propterea aut ꝙ ablatiuum die includunt: licet dicere pridie vel postridie Kalendarum: nec est postridie idem quod cras sed pesteriori die: vnde de preterito dici pōt. Postridie ꝙ pater defunctus erat epulum dedi: & de futuro: postridie ꝙ vxor morietur visceratione dabo &c. Item tertio kalendas est precipue is qui tertius est: computando kalendas pro vno & pridie Kalendarum pro altero. Sed ad tertium kalendas volunt intelligi eum qui ad. i. iuxta est siue tertius siue quatus. & ita in reliquis.

De forma & stilo epistolarum. Ti. ix.

Texende sunt familiares epistole verbis tritis & quotidianis latinis tamen & non fastidiosis stilo non multum elaborato: sed solerti quadam negligentia fulto.

¶ Nam vt Cicero meminit in libro de perfecto oratore quedam negligentia diligens est: itaq3 danda est opera: vt si fieri potest in epistolaru3 contextu nulla pelluceat iunctura dummodo vitetur plebei sermonis nimia vulgaritas.

¶ Sermo itaq3 erit purus: latinus & ad intelligendum facilis.

Qualis d3 esse in epistola sermo

¶ Unde. A. Gellius lib. xiij. c. viij. diui Augusti epistolas elegantia sermonis neq3 morosa neq3 anxia: sed facili & simplici laudat Plinius quoq3 iunior ad Thuscum ait. Et pressus sermo purusq3 ex epistolis petit. Seneca itē ad Luciliu3 epl'a. xl. inquit Minus tibi accuratas a me ep'as mitti frustra q̄reris. Quis em̄ accurate loquit: nisi q̄ vult putide loq. Qualis sermo meus esset. si vna sederemus aut ambularem? illaboratus & facilis tales volo esse epl'as meas q̄ nihil hn̄t exercitū nec fictū sed si fieri posset ondere ꝙ loqui mallem. Nō me hercule ieiuna esse & arida volo que de rebus tam magnis dicent. Neq3 em̄ phus ingenio renunciat. Multū tn̄ ope impendi verbis non oportet. Epistola. Etiam. xv. inquit. Sed ne epistole modū excedā: q̄ non d3 sinistrā manu legentis implere in alium. diem hanc litem cum dialeticis differam. hec ille qui sinistram manum legentis impleri significat cum longior fuerit epistola: tunc enim & dextera & sinistra teneri necesse est.

Ep'la ꝙtum dēat eē plixa.

¶ Verba epistolarum non tam erunt vetusta vt absoleta & de sita sint: nec tam recentia vt ignota: nec tam exculta vt morositatem pre se ferant: nec tamen ita neglecta vt fastidiant.

¶ Apud Datum plene videbis an vetuste loquendum sit. Et apud Sulpitium disce. Ex obscuris & exoletis que oīno vitāda sunt: famam eruditōis non affectandam esse. Sūt enim q̄ se multa vidisse glorientur & ex eo laudem captent: si nimis prisca verba in sermonem quotidianum reduxerint.

Antiqua verba ꝙtū debeamus imitari.

¶ De prouidentia in componendo habenda. Ti. x.

Quicquid dicturus aut compositurus es totum mentis oculis priusquam inceperis preuidebis et excogitabis. Excogitatum suo ordine dispones: et dispositum decenter exornabis.

Que i cōponendis epl'is sūt excogitāda.

¶ Sunt enim tres obseruāde pulchritudines. Ingeniosa excogitatio siue inuentio. Venusta dispositio atq3 economia Et decens verborum sniarumq3 exornatio. In prima autem pulchritudine considerande sunt sex orationis partes. Principium siue exordium: narratio: diuisio: confirmatio: cōfutatio: & conclusio. de quibus in rhethoricis Ciceronis videndum preterea.

Orationis mēbra quinq3: inuentio: dispositio: elocutio: memoria & pronunciatio.

¶ Oportet enim vt quas res dicere velimus diligenter excogitemus: excogitatas atq3 inuentas ordine suo disponamus: dispositas eloquentie stilo mandemus: mandatas scripto: memorie commēdemus: & demum facunde & cum decenti gestu pronunciemus.

¶ De materia propria epistolis ex Scodren̄. Ti. xj.

Opus est eum qui diligenter scribere epistolas velit simplicem & perspicua3 materiā proponere. & neq3 resecare neq3 producere supra ꝙ oporteat & exornare optima elocutione: non dictionibus turgidis & asperis sed attico more loqui & modice.

Perspicuitas ornet litteras et gratia [illegible] [illegible].

Omnino peritos sagittarios imitari debet: ne excedere signum nec deficere a signo.

Utendum est et historiis: et alique fabelle adducende: Aliquid ex monumentis antiquorum excerpendum. Semperque illud Appollinij ad Scopelianum ante oculos ponendum Genera orationis quinque esse: philosophicum: historicum: oratorium. epistolicum: et cōmentatorium: ut hec distinctis voluminibus assignemus.

Quos debeat bonā epl'am cudens viros in ano imitari.

Habent autem epistole non tam elocutionem propriam: sed res quasdā peculiares. Ut Aristoteles notauit: qui inquit.

Hoc non ad te scribo quoniam epistolicum non est. Nā si quis in epistola sophismata: phisiologias: que ab epistola aliena sunt: Si quis rerum naturam mathematicum ve aliquid scribebat: Is quidem scribit non utique epistolam que modesta ac prudens esse debet: venustate decorata legentibus obuia et grata: festiuitatis plena. De negocio simplici: simplicibusque nominibus constans: simplicem habet narrationem. Prouerbia sunt in ea crebra: quibus accepta congruaque de qua agitur materia: ita sapienter scribi opinantur. Quod in epistolis ut cunque versu custodit Horatius: q̄ epistola sicut prouerbium quiddam cōmune ac vulgare sit. Qui sententias scribit et adhortationes non similis videtur narranti per epistolam: sed per consilium.

Demetrius.

Qui decore sententiarum epistolam cupit implere non iam (inquit Demetrius) loquentis similitudinem gerit sed struentis aliquid. Et Dionysius sententias non pertinere ad epistolas clamat. Quare Senecam olim insectati sunt: nec hodie incessere desinunt eruditorum plurimi q̄ disputationes pro epistolis scripserit.

Aristoteles et demonstrationibus que proprie sunt epistolarum utitur: ut quum nititur ostendere q̄ eque magnis ciuitatibus et paruis benefaciendum sit. Dij inquit in utrisque equales sunt ergo bene facere oportet quum gratie dee in his equales tibi sint.

Epistole que plerunque ad ciuitates et reges scribunt paululum elate sint: et aliquanto cōptiores ac grauiores. Consideranda enim psona cui scribitur: que pfecto elata est.

De epistolarum magnitudine ex eodem. Ti. xij.

Scribētes epistolam meminerimus nos epistolam scribere ne sit volumē loco ep̄le.

Quemadmodum Aristotelis ad Alexandrum et ad dionis familiares epistole platonis. Nam Ciceronis epistole breues immo breuissime sunt preter paucas: que (ut dicam quod sentio: sentio autem quod de eius orationibus sensit Cecilius) optime sunt: utque alie bone res et bonus liber quoque meliores quo maiores pro materie ratione. Idem Auctor Cornelio Minitiano hunc in modum scribit Quid enim mihi cum tam longa epistola? Nolite ergo itentidem querere: quid Rome geratur: et tamen mementote non esse epistolam longam: que tot dies: tot cognitiones: tot denique reos causasque complexa est. Quibus verbis innuit epistolas longas fieri posse de multis magnisque rebus: que tamen longe cum tot et tanta contineant non sint censende. Hec ille: at post multa diui Hieronymi de breuitate epistolarum testimonia: affert illud diui Augustini ad Hieronymum. q̄ sane scripseram nullum me librum aduersus te Romam misisse ideo scripseram: quia et libri nomen ab ipsa epistola discernebam.

Cic. quales sint epistole.

Hieronymi. Augusti. Alexan.

Non tamen est nimia breuitas amanda: licet in ea nimis delectatus sit Libanius: et Lucianus in epistolis suis: quarum phalaris auctor vulgo creditur. Et pro materie ratione dilatanda est oratio.

De stilo epistolari ex Scodreñ. Ti. xiij.

Demetrij Phalerei sententia est. In tenui humilique dicendi genere epistolam versari. Cuius dicendi modus et stilus gracilis esse debet: Et infra.

Et pressus sermo paruisque ex epistolis petitur. Stilus quoque pro personarum ratione

efferendus aut deprimendus est: et cum oportuerit inter vtrunque temperandus. Et quamuis aliqui negligentiam pro cultu in epistolis afferant: tamen cum pro munere mittantur diligentia magis probanda, vt Plynio placuit. Atque Dionysius iubet: concinnitas adhibenda que ab arte amouetur.

Demum cum epistola ambitione carere debeat nec scribentis indolem ostentare nō semper agere affectat quoniam non est dialogus: tametsi apud Ciceronem et alios interdum agat: ea (puto) ratione quod dialogo sit affinis.

Epistola qualis eē debeat.

Cicero ad Petum in ea epistola que incipit Ain tandem. Qualis debeat esse epistola paucis explicat sic inquies. Uerumtamen quid ego tibi in epistolis esse videor: Nōne plebeio sermone agitur tecum. Nec enim semper eodem modo. Quid enim simile habet epistola: aut iudicio aut concioni. Quin ipsa iudicia nō solemus tractare vno modo. Priuatas causas et eas tenues agimus subtilius capitis aut fame scilicet ornatius: Epistolas vero quotidianis verbis texere solemus etc.

Epistola in plurali cōtra grāmaticorū quorūdā precepta.

Idem ad Atticum lib. j. tris eius Epistolas se accepisse scribit: Que inquit fuerunt omnes rhethorum pure loquuntur cum humanitatis sparso sale: tum insignes amoris notis.

Sunt tamen sicut in oratione oratoria tria stili genera in epistola: sed longe oratorijs inferiora: Infimus quidem oratoris stilus epistolari muneri summus est.

Nec omne genus epistolarum vnum et eundem stilum habet: vt quidam arbitrantur. Igitur gracili stilo proximus est stilus vitiosus qui aridus appellatur: Fit in tribus rebus. In sententijs: vt qui de Xerxe inquit. Descendit Xerxes cum omnibus suis. Debuit enim dicere cum tota Asia: nam quum dixerit cum omnibus suis valde rem diminuit. In dictione: quum res magne nominibus paruis enunciantur: vt ille qui de Phalaridi Tyranno dixit. Que enim Phalaris perturbauit agrigentinis: nō ijs dictionibus expressit tyranni crudelitatem: que magnis nominibus explicanda erat. In compositione quādo incisa densa sunt vt in Aphorismis. Uita breuis. Ars longa. tempus acutum. experientia dubia.

Epistole stilus qualis esse debeat.

Demum stilus epistole gracilis est iunctus cum gratioso Si demetrio et Dionysio credimus. Qui opinati sunt duplici genere dicendi miscendam epistolam gratioso et tenui. Gratiosus etiam in pluribus locis inuenitur. In rebus: ex prouerbio ex fabula. ex similitudine et hyperbole. In dictionibus cum nominibus pulchris aliquid exprimitur vt γηπολυστέφανος: terra multum coronata. Fit etiam ridiculum: quod profertur nominibus vilibus et vulgaribus: quod destruitur ornatu elocutionis: Nam qui ridicula graphice describit: similis est cuipiam simiā ornanti. Hec ex Marino Becichemo Scodrensi. Qui Ciceronis epistolas iustis laudibus extollit: et a Sidonij eleuatione defendit: vt in epistola nostra tetigimus.

¶ De ordine et constructu vocabulorum. Titu. xiiij.

De construendis collocandisque vocabulis tametsi lex certa dari nequit: vt plurimum tamen orator et grammaticus vtuntur contrarijs vijs: preterq̄ in dictionibus vim exordiendi habentibus quas vterque in fronte locabit.

Vocabula quo debeat in epistolis ordine locari

¶ Illam orator vocatiuum passim vbi concinnum videtur collocat: grammaticus in principio duntaxat.

¶ Orator determinans sepe preponit determinabili: vt obliquum rectori. verbum infinitum finito. aduerbium verbo. adiectiuum substantiuo. Idque frequenter aliquo interposito: vt multa viri virtus. Degeneres animos timor arguit. Amare te non desinam. Multas ad res summe conducit virtus. Grammaticus q̄ proxime potest determinans pone determinabile locat.

¶ Orator sepe relatiuum antecedenti preponit: et vtrumque eidem rectori tribuit. vt Quas credis esse has non sunt vere nuptie. Grammaticus contra antecedens preponit nec ab eodem nisi bis posito regi patitur.

Determinans et a quibus determinabili preponatur.

¶ Orator negationem includentia presertim signa vniuersalia in finem reducit: grammaticus in principium: sic tamen vt resolutione facta obliquum postponat: vt qui te plus amet habes neminē. Non habes quemq̄ qui te plus amet &c.

¶ Orator quesitiua etiam fini dat: vt partes orationis quot sunt? grammaticus principio.

¶ Orator multa in subauditione reliquit vt verba generalia. sum facio. gero et ad loquelam spectantia. Aut verba ipsa sine suppositis collocat Grammaticus nihil omittit quo ad integritatem sermonis aut sententiarum pertineat: ideoque omnia subintellecta reponit.

Negationem includentia quo loco ponantur.

¶ De particulis non commutandis. Titu. xv.

Sunt autem nonnulle particule que nisi proprijs locis ponantur fedant orationem. Quare he semper sunt preponende. At in oratione. ast in carmine sequente vocali: sed ac item que etiam in medio locantur nec: neque: vel: aut: ceterum: enimuero: verum si: sin: quatinus: seu: siue: ni: nisi. Ex his autem nullam in maioribus principijs non aliunde dependentib⁹ collocabis preter at indignatione: aut: vel: seu: siue: et ni. Postponuntur: que: ve: ne quidem: quoque: autem: vero: enim.

Que sint prepositiue et que subiunctiue particule

Et amat apponi post primam dictionem clausule dependentis. Presertim autem. enim: et vero. Que alibi nisi post secundam non collocantur: vt cetere: que et quoque post illam dictionem quam coniunctio et precederet locari volunt

Et enim potest preponi: vult autem in medio poni. Ve et ne post eam quam an et vel precederent subijci amant.

Cetere autem coniunctiones fere om̄es preponi supponique possunt. Sed ex his apte sunt primis in initijs.

Que dictione differēt principio aut fini aptantur.

Quoniam. cum q̄uis etsi: q̄q̄. licet quia quia: vt: si: In minorum initiorum ad aliud dependentium fronte. Quocirca propter: quãobrem et quare constituem⁹. Ergo et igitur in breuioribus conclusionibus. Itaque plurimum in maioribus.

¶ Quin et non preponuntur. Vtique postponitur. Sin nunq̄ dicitur nisi precesserit si: aut fuerit subintellectum. Ita pro valde postponitur.

Quia non ponitur ante sed. Ne dicas concinne. Non vero sed non autem. Nec neque autem: sed neque vero. Nec age autem sed age vero. Nec sane autem sed sane vero.

Nec iam autem: enim autem: at autem. Sed iam vero: enimuero: tum vero: at vero. Post non et nec enim appones: vt non enim: nec enim: vel neq; enim: non tamen dices: ne enim: aut ne vero.

¶ Neq; non ponitur ante nam: nec equidem ante atq;: dicimus enim nam neq; atq; equidem. Tum at geminamus quando partes sunt equales. Sed quando sunt inequales preponimus cum: cum minore: et postponimus tum cum maiore.

¶ Versus fere semper postponitur. Tenus frequenter inter. propter. circa. contra. et similes non raro.

Monosyllabe cōiūctiōes vbi ēplīs ponant.

Relique preponi gaudent: sed monasyllabe post adiectiuum et ante substantiuū id est inter vtrumq; poni solent.

¶ De vetusta vocum maritatione. Titu. xiij.

Nō solū quo ordine sed etiā quicū quelibet dictio locāda sit summe attendendum est.

In iūctura dictionū attendēdū esse

Omnis enim vult poni cum positiuo aut comparatiuo nunq̄ cū superlatiuo. Contra quisq; cum superlatiuo: aut vim eius habente. Cum superlatiuo autem non ponimus vim superlatiuam habentia sed cum positiuo: vt sunt in primis: apprime: per perq̄: sane saneq̄: oppido oppidoq̄. Ponemus tñ cum eo: longe facile. nimirum et q̄ pro valde. Tantum q̄tum modicum parum: nihil et nihilum satis tātūdē positiuis congruunt lōge facile tāto: q̄to et similia in o comparatiuis et superlatiuis.

¶ Dicemus ergo omnes boni viri: optimi quiq; milites: tamen apud Ciceronem leges oēs summi viri: sed id perinde est ac si dicas: omnes optimates. et si aliquem dixeris q̄ optimum: non addes genitiuum quale sit q̄ optimum omnium.

¶ De venusta iunctura. Ti. xiiij.

Syllabarū est attēdenda fm rei exigentiā lenitas et aspitas

¶ Iuncture quoq; que est apta vocabulorum structura et collatio sine offensione accurate studendum est. In qua litterarum syllabarumq; lenitatem et asperitatem attēdimus:

¶ Vitandus itaq; est eiusdem littere syllabe: aut actionis frequens concursus littere s cum i sibilus. Cacocephaton idest malum et turpem sonum aspernabimur.

Similiter cadentia vel desinentia vel declinata pueriliter non affectabimus.

Cauendum preterea est ne decrescat oratio: et fortiori subiungatur infirmius: vt sacrilego fur. Nam augeri et insurgere sententie debent.

Ambigua orō seu snia vitanda.

Et iuxta ordinem nature et vrbani sermonis obserua tionē prius viros q̄ feminas: deos q̄ homines: alios q̄ nos: genera q̄ species: communia q̄ propria pones.

Cauebis ne ordo pariat ambiguitatem neue prolixitas fastidium: aut breuitas obscuritatem.

Item ne longa sit verborum continuatio quam vno spiritu enunciare nequeas.

Cauebis adhoc ne ordine permutato quid fiat superuacaneum. Siquidẽ vt recte di- xeris fratres geminos et mulierem ancillã: ita superuacue geminos fratres et ancillã mulierem. Si enim gemini ⁊ fratres sunt si ancilla etiam ⁊ mulier est. Ceterum si quo ordine: res geste erunt narrabuntur multũ iuuabunt intellectum. Quin adeo in me taphoris rerum gerundarum ordinem conspiciam.

Ordinis permutatio ⁊ oẽ superuacaneũ vitãdum est.

Sicut in illo quintiliani. duxit me similis etas: vicerunt officia: cepit fides. amantem odisse non potui. Ubi consuetudinis seruatur ordo. Nam qui per consuetudinem amicitiam ineunt: primo loco ducuntur: vt liberi et nullo officio astricti aut vinculo capti: deinde vbi officia accedunt: vincũtur vt etiam si nolint amici videri debeant: at vbi perspecta fides est: capiuntur ac capti amantem odisse non possunt: que res in similibus est nobis animaduertenda. Nam prepostere dicas. hãc aluit. peperit. genuitq; puerpera prolem. Prius enim genuit q̃ peperit: et peperit q̃ aluit.

In rerum tamen narratione alius a poetis alius ab oratore seruabitur ordo.

Ali⁹ in rerũ narratiõe a poetis ali⁹ ab oratorib⁹ seruãdus est ordo.

Unde de poetico ordine dicit horatius in arte.

Ordinis hec virtus est ac venus: aut ego fallor.
Ut iam nunc dicat: iam nunc debentia dici:
Pleraq; differat: ⁊ presens in tempus omittat.

Orator enim fere quo ordine res geste sunt eas narrat poete autem sepe a fine aut a medio historie narrare incipiunt.

De elegantia sermonis obseruanda. Titu. xviij.

Elegantie sermonis vocũq; proprietates in epistolis ad vnguem obseruabuntur nõ minus q̃ in oratione: tametsi non tantus erit verborum splendor nec ornatus. Uerũtamen poetica. vt sunt caballus genitor genitrix peregrina. vt sunt gaza. esseda et summopere barbara. vt sunt guerra. bladum. ⁊ inepta. vt causare pro producere vel efficere. confiteri pro eo quod est confessionem audire: diligentius vitabimus.

Elegãtiarũ pcepta ad vnguẽ in epl'is seruanda esse.

De phuco et ornatu frequenti vitando. Titu. xix.

Phucus autem frequens ⁊ ornatus nimi⁹ vitabitur in familiari presertim epistola

De venustis locutionibus. Titu. xx.

Uenuste locutiones dummodo rebus congruant non sunt in epistolis (vt iam dictũ est) fugiende.

De quibus in Augu. dathum latius diximus.

Que in epl'is vitãda sunt ⁊ q̃ suãda.

Finis.

Index Copiosissimus Rerum ⁊ Verborum.

Academia. lvj.
Accuſatiuꝰ temporis. fo. lxxj.
Aegina. folio.lij.
Ageſilaus. fo.lxviij.
Amare ⁊ diligere. fo.cxxxv.
Ama.xxxvij. Ambitus. xliiij.
Anagnoſtes. fol'. lxxj.
Animi pendeo. fol'.cxvij.
Antiochia ⁊ Apamea. xxxvij.
Appelles. fol'.lxviij.
Appoſitio. ccxl.
Aſſentio ⁊ or. fol'. ij.
Audio me. fol'. xcvij.
Auxeſis. fol'.iij.
Bauli. fol'.cxiij.
Celandus. fol'.lxiiij
Careo. lxxviij.⁊. ccviij.
Caſſius epicureus. fol'. ccxlix.
Catonium. fol'. cviij.
Cenſor. fol'. xliij.
Cerno. fol'.lcxvij. lxxx.⁊.cxj.
Cyneas. fol'.cxlv.
Comparandus. fol'.cciij
Correctio.j. Corinthus. fol'.lij.
Declamatio. xliiij.
Defendenda pace. fo.xlviij.
Deſideranda. fo.lxiij.
Dialogꝰ.xvij.Dioceſis. xxxviij.
Diues ſm ſtoicos. fol'.ciij.
Doleo. fo. cxxiiij.
Duo in accuſatiuo. fo.cviij.
Ego.j.Elephanti. fo. xcv.
Epaminūdas. fo. lxvij.
Epicuri paradoxa. folio.lxxxj.
Erga.j.Eſedi.lxxxij. nondum occurrit aliud. folio. lxxxvij.
Eſt meum tuum. fo.lvj.
Eſt pro etiam fol'.ix.
Etſi.lxxx. Euenta.lxviij.
Euentus. fo.lxviij.
Expugno. fo.j.⁊.lxj
Exto. folio.xij.⁊.lxxiij.
Facio certiorem. fo. xvij.
Fautor huius. folio.ccxxj.
Fractum.lxx. Frigus.cxviij.
Greca fides. fol'.xliij.
Gratus. fol'.lxx.
Hectua. folio.xlvj.
Hector neuianus. fo.lxviij.
Herculis in voluptatem verba fol'.lxvij. Hedui. folio. c.
Hic ⁊ iſtic. fo.xlj
Hypothece. fo.ccxxiij
Homo.liij. Humile.fo.xlij.
Id etatis pro eius.fo. ccxlvij.
Idus.ij.Ignotus. fol'.lxiij
Inſtituo.Inſtitutiones ⁊ Inſtituta. folio. lxvij.
Iocundus fo lxxj.
Iouem lapidem iurare. fol'.cij.
Iſtum. folio. xxiij.
Laodicea. xxxiiij.
Lectica. fol'.lvj.
Liſippus. fo.lxviij.
Liuor. clxxiiij. Legeon. lxxv.
Maie fol'. lvj.
Mancipium. fo. cx.
Mediocris. fo. lix.
Mezaia.lij. Melite.fo.ccxxij.
Memini. fo. xxxviij.lxx.iij.
Memoria. fo.xlj.
Meum eſt. fo.xxvij.⁊.clxxiij
Minime. fol'. ccxxxvij.
Militum genera. fol'.xxxv.
Miles.clxx. Miranda.xlij.
Mors. ciij. Moroſus. ciij.
Nedum. fo.ccv.
Negationis vſus. fo.xliij.
Nemo homo. fo.ccxlvj.
Neq; autem. fo.lviij.
Non nollem. fo.xxvij.
Nos. fo.,liij.
Nouus homo fo. viij.
Numeri pluralis vſus. fo.vij.
Obelizo. ffol'. cxxxiij.
Oblitus. olio.cxxxvj.
Oenomaus. fol'. cxxxviij.
Offendo pro inuenio. fo.ccviij.
Officium. Officio. folio.j.
Omnis cū ſuplatiuo. ccxxj.ccxlvj.
Oppugno. fo.j.⁊.lxj.
Opto et ſpero. fo.viij.
Opus. fo.cxlix. xxj.
Orandi loca.ix. Oro. xxij.
Ordo. fo.lvij.
Perſequi. fo. xxxviij.
Petrinum. fol'.xxij.
Petaſatus. folio.ccl.
Philoctetes. fo.ciij.
Philomelum. xxxviij.
Pietas. folio.j.
Pyrrhus. fol'. cxlv.
Pyreus. folio. lij.
Plenus cum ablatiuo. fo.clvj.
Potiri regni ⁊ rerum. vij.ix.
Preſtaturus. fo.ix.lxxxvj.
Priſtinum.v. Pro. lxxxix.
Prouidentia deus. xciij.
Prolixus. fo.xxxix.
Ptolemais. fo.vij.
ꝙ cum poſitiuo. fo.lx
Me ꝙ ceterori. folio.lxxx
ꝙ primum. folio.cciij
Queſtor. fo.xxij.⁊.xxx
Quintilis. fo.xxj.
Quo ad eius. fo.lxiij.
Quodcūq; fol'.lxxiiij.
Quotidie fo.xvj.
Rabule. fo.ciij.
Recipere pro polliceri. fo.lxiiij.
Repone. fo.xvj.
Repugno. fol'lxix.
Res.j. Reſcire. fo. cxxiij.
Reuertor. fo. lxxxiij.
Reus.xvj. Rogo.xxij.
Samos. fo.xxxviij.
Schenobates. fo.cxiij.
Seductus. folio. clxiij.
Saleucia. xxxvij.
Semiſſes. folio.lxv.
Seruo. folio. xiij.
Seſtertium. fo.lxxv.
et rurſus. fo. clxxv
Sextilis. fo.xxij.
Synnada. fo. xxxviij.
Spero ⁊ opto. fo. viij.
Spiſſum. folio.xxiiij.
Soluendo non eſſe qui dicantur folio. xxxvij.
Stare quis dicatur. fol'.iiij
Studeo. folio. lxvij.
Subſcriptor. fo.cxviij.
Sumere ſibi. folio. lxxxj.
Summa. fol'. clxix.
Supplicatio. fol'.xxvj
Tempeſtas bona. fo.xxxiiij.
Thelogonus. fo. xviij.
Themiſtocles. fo.lxvij
Timoleon. fol'. xviij.
Triſtia. fo. xxxix.
Tueor. fo. clxxxv.
Tute. folio.ix.
Tuto. fo. ccxxxvij.
Valetudo. fo.lxx. ccxxxj.
Valebis. folio.ccl.
Verbum. folio.lxxj.
Vereor ne ⁊ vt fo. xviij.
Veternus. fo. cxvij.
Video ⁊ cerno. folio. lxxx.
Vocalium concurſus. fo. j.
Vrbs. fo.xxv.

Finis.

Quia ad Epistolarum primi libri cognitionem non parum coduxerit vite & casuum auctoris cognitio: eam complectar paucissimis. M. Tullius Cicero Arpini natus Rome quo puer perductus fuerat: tantu in dicendo profecit vt in causis dicendis primum locum consecutus sit: tantumq veritatis & reipub. studio potuit vt omneis honores suo ordine obtinuerit. In consulatu autez sic sese gessit: vt no minus vere glorie in toga meruerit q alius quispiam in armis: liberauit enim vrbem ab incendio & ciuitatem a cede coniuratoru Catilina duce/in quos cum animaduertisset: & Catilina iam in prelio cecidisset: primus & toga triumphauit: primusq parens patrie appellatus est: erectis eius glorie perpetuis monimentis: que res illi inuidie non parum peperit: presertim apud Cesarem: & paulopost apud Clodium virum apprime nobilem: qui captus amore Pompeie vxoris Cesaris in domo eius in veste muliebri deprensus est temerasse festa marib⁹ no adeunda bone dee: ob qua rem in ius vocatus negauit se tunc in vrbe fuisse: citatus autem Cicero i eu testis asseruit Clodium eo die secum Rome fuisse quod idem & alij preclari viri testati sunt. Clodi⁹ tamen iudicibus corruptis pecunia absolutus est. Cesar autem vxorem repudiauit: q diceret domu Cesaris non solum crimine: sed etiam suspitione criminis vacare debere: in Clodium vt Ciceroni i comodet nihil grauius egit. At Clodius vltionis auiditate a patribus ad plebem per adoptionem transiuit: factusq tribunisplebis Ciceroni diem dixit q nobilissimos ciues necasset in dicta causa. Erant autem tunc consules. L. Piso Cesaris socer: & P. Gabinius/qui prouinciarum spe Clodij conatibus fauebant. Quod intelligens Cicero cum neq a Pompeio neq ab alijs amicis satis tutaretur aufugit: absensq danatus est a Clodio vt bois eius publicatis quadringentis milibus passuum ab Italia igni & aqua illi interdiceretur. Qui vero hospitio suscepisset exul esset & sua amitteret omnia. Additumq rogationi est ne quis de eo reducendo referret: disputaret ve aut pedibus in sententiam iret/que omnia populus sciuit atq approbauit: maxima vt semper fuit animorum mutabilitate. Clodius itaq exulis villas diripuit & incendit domum in palatio a fundamentis demolitus est: & in area templum libertatis constituit. Fortunas omnis hast[a]e subiecit: nec tamen in tota illa auctione: sector quisq repertus est. Cicero in Macedoniam aufugit: vbi a Planco benigne exceptus est. Clodius autem ob victoriam insolentior factus etiam Pompeium in publica concione contumelijs proscidit. Quarens vt populus q Pompeius is esset responderet. Quis vno digito caput scaberet. Quis vir virum quereret? & similia. Qua contumelia irritatus. Pompeius: fretusq Lentuli auctoritate ad quem proxime sunt epistole: & qui Ciceroni amicissimus fuit: auctor fuit Tito Annio tribunople. vt rogationem ad populum ferret de Cicerone reuocando. Que res ingentes turbas concitauit. Clodius enim cum factione sua tribunitie obstitit rogationi: eoq obnitente aliquandiu nihil agi potuit. Certatumq est interim in publico armis: tribunitiaq potestas violata est. multi quoq interfecti: adeo vt Quintus Cicero Marci frater: inter cadauera latitans sit seruatus. Postremo Pompeius ingenti bonorum manu ad hoc ipsum ex tota Italia collecta Clodium foro expulit/auxilioq fuit vt populus sine aliquo maiore motu rogaretur. Nunqua maior populi Romani de aliqua re consensus fuisse dicitur neq tam magnum alias totius Italie studium/que ad hoc ipsum Romam confluxerat: vt non magis eleganter q vere Cicero postea gloriatus sit Italie se humeris ab exilio reportatum. Senatus charitate & beniuolentia cum populo certauit: decreuitq vt publice laudarentur ciuitates que Ciceronem humaniter accepissent: vt domus & ville ei⁹ publico instaurentur sumptu. Rediit sextodecimo mese postq vrbe eiectus fuerat. In senatuq aliquantum floruit/quo tempore ad Lentulum primi libri epistolas scripsit: deinde Ciliciam post lentulum & Appium Claudium pulchrum prouinciam obtinuit: vnde reuersus bella ciuilia inter Cesarem & Pompeium offendit orta: que res effecit vt triumphare non potuerit: diu autem ad cocordiam vtrunq frustra hortatus: Pompeium tandem secutus est quo victo & occiso per Dolobellam generum suum Cesari reconciliatus: cum in foro locus non esset: ad philosophiam se contulit. Tandem Cesare occiso: cum libertatis publice gratia eius percussores tutaretur & in marcum Antonium Cesaris vindicem philippicas habuisset: postq Antonius Lepidus & Augustus triumuiratum inijssent: ab Antonio. Alijs conniuentibus proscript⁹ est & in fuga depresus capite & manu qua philippicas scripserat truncatus est. Nunc paucis argumentum repetam.

Cicero natioe arpinas Rome educatus.

Cicero fit clodio infestus.

Ciceroni dies dicit

Ciceroni romaitalia interdicitur.

Quintus cicero. M. tullij ciceronis frater inter cadauera iacuit.

Cicero reuocatur & aliqua auiditate a cuctis recipitur.

Ciceronis interitus.

Argumentum epistolarum primi libri.

Postq̄ Lentulo consule ⁊ fautore: Pompeio aūt referente ⁊ adiuuante: Cicero ab exilio redierat: suauiter cum Pompeio ⁊ Lentulo Rome vixit. Quo tempore superuenit Ptolomeus Auletes Aegypti rex ab Alexandris pulsus aut ob mollem vitam (nam choraulam imprimis exercuit) aut ob nimiam pecunie exactionē: aut ꝙ Cyprum ob Romanorum fauorem vendicare sibi cum fratris prius fuisset nollet: postulansq; ab senatu populoq; Roma. in regnum restitui. Fugit autem clam suis: ita vt mortuum putantes Beronicen filiam eius natu maximā in regnum restituerint. Nupserat autem prius Cybiosatti Syro regia stirpe vt ipse credi volebat procreato: sed paucis post diebus ob sordidum ingenium regno expulso: deinde Archilao eius Archilai filio qui contra Syllam pro Mithridate pugnauit: Hac ergo nouis studente rebus Ptolomeus pater eius occulte Romam ingressus Pompeio est ab initio conciliatus: ⁊ per eum patribus cōmendatus: actumq; est, de eius reductione: simul ⁊ de legatorum cede q̄ supra centum ab Alexandria contra ipsum missi erant: ⁊ cum his Dion Academicus. Intelligētes enim Alexandrini se ab rege criminatum iri: tot oratores miserunt recriminaturos eum ⁊ eius scelera detecturos: quo cognito rex iam Rome agens multos eorum in itinere per insidias interficiēdos curauit: quosdam etiam in vrbe alios pecunia corruptos ablegauit: effecitq; vt eorum querela minus procederet: desperans tamen honorificam reductionem se in Ephesum recepit relicto Hammonio legato qui absentis rem curaret: largitionibusq; quos posset corrumperet: non solum vt reduceretur: verum etiam vt per principem rei militaris Gneum Pompeium: qui dissimulauit se velle reducere; propter Lentulum consulem: qui gloriosum putans de tanto rege optime meruisse / summopere contendit vt ab ea petitione Pompeius quem vnice timebat desisteret: fuitq; auctor patribus prefecture maritime ⁊ terrestris annone Pompeio decernende: vt maiorem ille dignitatem assecutus de reducendo rege omnem curam abijceret. Interea autem finito consulatu: proconsul fit Cilicie. Regis autem legati: rege id petente contenderunt vt per Pompeium potius reduceretur: magnamq; partem senatus pecunia ad hoc induxerant. Quam quidem pecuniā mutuo acceperat sub pollicitatione vsure ab Rabirio posthumio adhuc in Aegypto agens: ⁊ a quibusdam alijs romanis: qui videntes nisi rex restitueretur se pecuniam creditam amisisse: grandem denuo pecuniā mutuo dedere. Atq; vna cum legatis institere vt reductio per pompeium fieret: quod intelligens Lentulus iam in prouincia agens scripsit ad Ciceronem de quo optime meritus fuerat: quia vt dixi auctor fuerat eius restitutionis: vt contenderet reductionem regis sibi decerni. Nam prouincia Cilicia in via ad Aegyptum est. Cicero autem hac epistola. Respondet se tantum pro eo laborasset omnibus satisfecerit preterq̄ sibiipsi: eo ꝙ non possit efficere quod velit in causa eius. Dicit autem se oppugnari / largitionibus legati: ⁊ res agi per creditores scꝫ eos qui regi pecuniam crediderāt. Docensq; quid super ea re in senatu actum sit: innuit cum Catone adhortante quindecimuiri ac sacerdotes quibus Sybillinorum librorum inspiciendorum cura erat: ad senatum denunciassent carmen Sybillinum quo cauebatur ne rex egypti cum exercitu reduceretur vt statim dicam. Quidam e senatu censuerunt reditum regis Lentulo decernendum sed sine exercitu propter religionem. Alij pōpeio cum duobus lictoribus: aut eum mittendum cum totidem lictoribus ad Alexandrinos reconciliandos: quod Ptolemeo non omnino displicuit: sed senatui non satis tutum visum Pompeium Alexandrinorum furori credere. Alij censuerunt vt tres legati regem reducerent. Sed studio Ciceronis effectum erat vt senatusconsultum pro Lentulo factum fuisset: nisi libri Sybillini obstitissēt: quorum carmen erat huiusmodi. Si egypti rex auxilio quodam indigens venerit eius amicitiam ne abnueritis: sed illum quidem cum multitudine ne iuueritis: quod si aliter factum fuerit labores ⁊ pericula habebitis. Sic Georgius Valla. Alij carmen magis suis verbis recitant. Sane cum ea res diu suspensa maneret. Aulus Gabinius in iussu populi sed adhortante Pompeio Regem restituit: qui recepto regno filiam ⁊ Archilaum maritum eius occidit: nec ipse diu superuixit fatali morte absumptus relictis quattuor liberis duobus filijs ⁊ totidem filiabus. Ex quibus maiores natu testamento patris regnare iussi sunt Dionysius Ptolomeus qui puer adhuc Pompeium interficiēdum mandauit: ⁊ Cleopatra que Cesari ⁊ deinde antonio commixta est: post cuius necem Aegyptus in formam prouincie redacta est. Et hec pro argumento. Nunc ad explanationem.

Ptolemeus auletes egypti rex ab alexandrinis regno pellit.

Alexādrinorum copiosa legatio

Dissidiū inter. C. pompeiū ⁊ lentulū de reducēdo in regnum ptolomeo.

Romani religioni ab ātiquo dicati.

Carmen Sybillinum.

Ptolemei in regnū reditus mors et nati.

¶ Jodoci Badij Ascensij Epistolarum familiarium. M. Tullij Ciceronis familiaris ad modum ⁊ succincta explanatio.

Ego omni off. Quoniam argumentum huius epistole ⁊ fere totius primi libri iam explicauimus: satis fuerit pro more quem hic seruare constitui: primo elegantem dictionum quarundam vsum exponere: deinde ordinem cum explanatione subtexere. Ego pronomen non nisi ad emphasim exprimi solitum in principio sermonis magnam vim obtinet ad quam depingendam posuit multas vocales continuas: que cum mora ⁊ grauitate pronunciari volunt impediunt enim fluxum orationis: vt ego: omni officio ⁊c. Officiū est suum cuiusq; munus quasi ob qd faciendum ipse factus aut institutus sit: vt officium preceptoris est precipere: discipuli discere: boni viri gratiam referre. bone ciuitatis caduceatorib⁹ ⁊ summis magistratibus obuiam prodire. Ob enim prepositio duo notat: propter ⁊ contra: vnde officio. i. noceo quasi contra id quod vtile sit facio. Pietas addit officio obseruantiam quandam ⁊ venerationem: ⁊ ita fere: est in maiores: vt in deū: patriā: parētes: q̄s amāter colere dēm⁹: dico fere quia Virgilius pietatem pro pia custodia acceptam celo. i. celestibus in inferiores dedit dicēs: Dij si qua ē celo pietas que talia curet. Quia ergo Cicero Lentulo non solum officium: sed etiam pietatem tanquam parenti impendit per .i. correctionem addit ac potius pietate. Erga semper beniuolentiā significat contra fere hostilitatem: in vtrāq; affectionem. Mihi ipse: ita Cicero rarissime enim ipse ab eo componitur. Efficere est cū effectu ⁊ consummatione rei: ⁊ ita plus est q̄ facere. Vitam acerbā: pulchra coniunctio: cum vita nihil sit iocundius. Oppugnat qui vim infert: expugnat qui capit ⁊ vincit. Creditores sunt qui sua alijs credunt: hoc est quibus aliquid debetur. Ordo est. O lētule. Ego (inquit Cicero) satisfacio omni officio. i. debito mūere ac studio erga te: ac potius. idest quid poti⁹ dicam: omni pietate. i. veneratione ⁊ obseruantia erga te: ceteris omnibus. idest in oculis ceterorum oīm: aut q̄tū ceteris videri pōt. Ipse. i. egomet nunquā satisfacio mihi. idest in oculis meis aut iudicio meo. Pulchre quia repetitur verbum satisfactio: omittitur particula at. sed. vero autem ⁊ce. Affert causam dicti: ⁊ est optimus

¶ Marci Tullij Ciceronis Eloquij Romani parentis ep̄larū familiariū Liber primus. M. T. Ci. P. Lentulo proconsul. S. P. D.

Ego omni officio ac potius pietate erga te: ceteris satisfacio omnib⁹ mihi ipse nunquam satisfacio. Tanta enī magnitudo est tuorū erga me meritorum vt quoniam tu, nisi perfecta re de me non conquieuisti: ego quia non idem in tua causa officio: vitam mihi esse acerbam putem. In causa hec sunt Hammonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. Res agitur per eosdē creditores per quos cum tu aderas agebatur. Regis causa si qui sunt qui velit: qui pauci sunt: omnes rem ad Pompeium deferri volunt Senatus religionis calumniam non religione sed maleuolentia: ⁊ illius regie largitiōis inuidia cōprobat.

Oratorū modus.

modus orationis dum quid sequitur premissi cām affert. Enim idest quia magnitudo tuorum meritorū erga me est tanta: vt qm̄ tu nō cōquieuisti de me. s. restituēdo ab exilio in vrbem nisi re pfecta .i. donec me restitutum videres: q: nō efficio idez in causa tua. i. q: nō efficio te voti cōpotem: putē vitā esse acerbam mihi. hec scilicet que dicā: sunt i causa. s. φ nō idē efficio. Hammonius pprīū est nomē: legatus regis. s. Ptolemei. i. quem rex Romam misit ad solitādam reductionē sui p Pompeium: oppugnat nos. i. contra nos pugnat: aperte pecunia. i. largitione pecuniaria qua senatus corrumpebat. Res. i. lis τ controuersia (Significat enim sine adiūcto. litem venerē τ diuitias litē vt hoc loco: venerē vt rem habuit cum vxore. diuitias vt re sine nullus eris. Cum adiuncto aūt varia notat: vt res litteraria: respublica. res militaris τc. Inepti aūt gentiuū rerū pro imperio poni. censet Valla: vt lacedemonij diu rerum potiti sunt. Ego potius subaudiā ablm̄ imperio. Nec mirandū si tam varie accipiat: cū auctore eodem Valla: ipsum nomē res sit vnū ac verū transcendens de omī ente dicibile) agitur p eosdem creditores. s. regis. i. qui regi pecuniā crediderant τ in egypto τ in vrbe: quam vt reciperēt summopere curabant regē potēter restitui: sunt tū qui creditores dicūt commissarios esse quibus litis descidende negociū cōmissum fuerat: p quos agebat cum tu aderas. Siq sunt q velint superem diri mi: causa. i. ex vtilitate τ voto regis: qui. s. id volentes: sunt pauci (hoc dicit ad cōsolationem Lentuli) oēs volūt rem. s. de qualis est: hoc est reductionē regis egypti deferri ad Pompeiū. i. honorifice cōmitti Pōpeio. s. Gneo: cognomento magno. Senatus. i. cōsiliuz senatorum seu patrū cōscriptorum: comprobat calūniā. i. callidā interpretationē religionis: hoc est impedimentū tibi illatū. p libros sybillinos vetātes regē cum exercitu reduci: cōtra quos facere religiosum. i. metuēdum erat: Comprobat dicit: non religione. i. vero metu faciēdi cōtra monita diuina: sz maleuolētia: q: tibi male vult: τ inuidia illius. s. famose τ aperte: largitiōis. i. pfusiōis pecunie ad captādū aut corrūpēdū fanatū facte regie. i. noīe regis τ p sollicitatores eius: hoc est odio in te sumpto: q: p largitionem oēs corrupti sunt.

Res. Res sm̄ dictiones quibus adiūgit̄ significat a variat.

Creditores q dicātur.

¶ Pompeium τ hortari τ orare τ iam liberius accusare τ monere: vt magnam infamiam fugiat: non desistimus. Sz plane nec precibus nostris nec admonitionibus reliquit locū. Nā cū in sermone quotidiano: tum in senatu palam sic egi cām tuā vt neqz eloquentia maiore quisqz: nec grauitate nec studio: nec contētione agere potuerit: cū summa testificatione tuorum in se officiorum τ amoris erga te sui. Marcellinū tibi esse iratū scis. Is hac regis cā excepta: ceteris in rebus se accerrimum tui defensorem fore ostendit. Quod dat: accipimus: Quod instituit referre de religione: τ sepe iam retulit: ab eo deduci non potest. Res ante idus acta sic est (Nam hec idibus mane scripsi) Hortensij τ mea τ Luculli sententia cedit religioni de exercitu teneri enim res aliter nō pōt. Sed ex illo senatusconsulto: qd te referēte factum est: tibi decernit: vt regē deducas: qd commode facere possis: vt exercitum religio tolat: te authorem senatus retineat Crassus treis legatos decernit nec excludit Pompeiū. Censet enim etiam ex ijs qui cū imperio sunt. Bibulus treis legatos etiam

¶ Pompeiū τc. Prosequitur que pro Lentulo egit reliqua dicens. Nos nō desistemus. in quo verbo summa notatur dili gētia: τ. i. simul hortari Pompeiū tanqz amicum: τ orare tanqz principez τ accusare etiam liberius. i. aliquanto magis libere qz nos deceat aut in nostra causa faciamus: τ monere. vt illi bene cōsulentes: vt fugiat magnam infamiā: quā incurrat si cōtra te cui tantū debz faciat. Sz sup. Pompeius nec reliqt plane idest manifeste aut oīno locum precibus nostris nec admonitionibus nostris. i. sic egit vt nō opus fuerit euz amplius precari aut monere. Nam ipse egit cām tuā. i. secūdū te stetit: cum. s. ita sit qz in sermone quotidiano .i. familiari cum amicis cōfabulatione: tum. s. multo manifestius egit causam tuā palam in senatu. i. cōsilio patrum cōscriptorum: sic vt quisqz neqz potuerit agere. s. cām tuaz: maiore nec eloquentia: nec grauitate: q̄ i gestu erat: nec studio quod in affectione nec cōtētione. i. certamine: cum testificatione. i. protestatiōe summa. i. maxima tuorum officiorum. idest decēter τ bñfactorū in se τ amoris sui erga te. i. quē habet in te. Tu scis. q. d. nō opus est dicto Marcellinum (alij Marcellum legūt) eē iratum tibi: q: cū sit vnus ex xv. viris: τ ita sybillinorū librorum vaticinia maximi faciens: tu cōtra ea facere pares Sūt qui iiratum legant vt sit tuis rebus etiā sacramēto addictum sed vulgatiorez sequimur lectionē. Is. s. Marcellinus aut Marcellus oñdit. i. prese fert: se fore. i. futurum esse accerrimum defensorē tui hac causa regia. i. de rege reducendo excepta: contra sybillinos libros nihil dicere au

Desistobuz assiduitatē summam diligētiaz denotat

Sermo quotidianus familiaris cōfabulatio.

ex ijs qui priuati sunt. Huic assentiuntur reliqui consulares. preter Seruilium: qui omnino reduci negat oportere: ⁊ Volcatium qui lupo referente: Pompeio decreuit: ⁊ Afranium qui assentitur Volcatio que res auget suspitionē Pompeij voluntatis. Nam aduertebatur Pompeij familiares assentire Volcatio. Laboratur vehementer Inclinata res est Libonis ⁊ Hipsei non obscura concursatio: ⁊ contentio: omniumqꝫ Pompeij familiarium studium: in opinionem rem adduxerunt: vt Pompeius cupere videatur. Cui: qui nolunt: ijdem tibi: ꝙ eum ornasti non sunt amici. Nos in causa authoritatem eo minorem habemus: ꝙ tibi debemus. Gratiam autem nostram extinguit hominuꝫ suspitio: ꝙ Pompeio se gratificari putant. Ut in rebus multo antequam profectus es ab ipso rege: et intimis ac domesticis Pompeij clam exulceratis: deinde palam a consularibus exagitatis: ⁊ in summam inuidiam adductis: ita versamur. Nostram fideꝫ omnes amoremqꝫ tui absentis presentes tui cognoscent. Si esset in ijs fides: in quibus summa esse debebat non laboraremus. Vale.

fit. Nos accipimus. i. gratum: et ratum habemus: quod dat. i. tibi concedit: idest quicquid in fauorem tui dicit gratum est Ipse non potest deduci. i. amoueri: ⁊ in cōtrarium adduci: ab eo quod instituit. i. proposuit referre. s. in consultationeꝫ senatꝰ aut Popu. Roma. adducere: ⁊ iam retulit sepe de religiōe. i. religiosa obseruatione vaticiniorum sybillinoruꝫ: Res. i. contētio: acta est sic idest in modum sequentē: ante idus. s. ianuarias: vt proxima epistola patebit. i. ante. xiiij. diem. nam ego scripsi hec idibus idest ipso die decimoquarto mane. In hunc autem modum res acta est. Sentētia hortēsij: ⁊ mea ⁊ Luculli cedit religioni. i. ꝯcors ē religiōi de exercitu. i. vetāti Regē reduci cū exercitu romano: ei. i. q: res nō pōt teneri. i. obtineri alr (q. d. si aliter possemus aliter sentiremꝰ) sed snia supple Hortensij: mea ⁊ luculli: decernit. i. adiudicat tibi: ex senatuscōsulto qd factuꝫ est te referente. i. in consultationeꝫ senatus adducente: an per te reduci debeat: decretum autem erat ꝙ sic: sꝫ postea icidit calumnia ex libris sybillinis negantibus cum exercitu reducenduꝫ: vt autem senatusconsultum seruetur: ⁊ contra religionem nihil fiat: decreuit snia nostra. vt tu deducas idest honorifice in patriam reducas regem: quod possis. facere commode. i. sine obstaculo: sic sup. vt religio. i. auctoritas librorum sybillinorum: tollat. i. demat tibi exercitum. i. ne deducas cum exercitu: ⁊ senatus qui decreuit per te reducendum: retineat te auctorem s. reductiōis: ⁊ ita vtrūqꝫ seruet: decretū ⁊ senatus ⁊ religionis: non enim vetuit religio deduci: sed cum exercitu: Crassus vnus e patribuscōscriptis decernit. i. pro snia sua cōstituit treis legatos. s. cū rege mittēdos in egyptuꝫ: nec excludit Pompeium. Eū ꝑ q: censet. i. iudicat legatos sumēdos: ēt ex ijs qui sunt cuꝫ imperio. i. q sunt i magistratu aliquo ꝑcipuo: Bibulus sup. cēset sumēdos treis legatos ēt ex ijs q sunt ꝑuati. i. nullo magr̄atu fungentes. Reliq sup. viri cōsulares. i. q aliqn̄ ꝯsulatū gesserūt: ⁊ ita primores patrꝫ assentiunt huic. s. Bibulo: ꝑter Seruiliū: q negat oportere. i. expedire oino sup. regeꝫ reduci: ⁊ sup. preter Volcatium: qui decreuit. i. adiudicauit Pompeio reductionem: Lupo. s. senatore: referente idest adducente in consultationem: ⁊ ita eiusdem sententie existente: ⁊ sup. preter Afranium qui assentitur Volcatio: que res. scilicet ꝙ assentitur Volcatio: auget suspitionem voluntatis Pompeij i. que habetur de Pompeio ꝙ velit regem reducere licet propter lentulum dissimulet. Naꝫ aduertebatur. idest comperiebatur a plerisqꝫ familiares Pompeij assentire (Ergo vtrumqꝫ dicitur ⁊ assentio: deponentaliter: ⁊ assentio actiue) Volcatio. Laboratur. i. contenditur vehementer. Sunt autem impersonalia aduertebatur ⁊ laboratur / aut laboratur a familiaribus Pompeij qui eius voluntatem amplius celare non possunt: quia res est inclinata. i. incipit tendere ad ruinam: hoc est consilium eorum incipit detigi: quia concursatio ⁊ contentio non obscura. idest manifestaria: Libonis ⁊ hipsei: ⁊ studium. idest diligens sollicitatio omnium familiarium Pompeij adduxerunt rem in opinionem vt Pompeius videatur cupere. scilicet reducere regem. Cui. scilicet Pompeio: q nolunt. i. nō bene volunt nec fauent: aut q nolūt reductionē decerni: ijdem nō sunt amici tibi: ꝙ. i. quia ornasti. i. honore affecisti ⁊ sublimasti eum. s. Pompeium. Nos habemus in causa. i. in hac cōtrouer

Res p cōtentione

Religioni aduersandum non esse.

Crassus patrū cōscriptorū vnus.

Consulares qui dicantur.

Assentior

Assentio.

Nolo nō sit eo.i.propterea auctoritatem.i vim persuadendi aut perorandi minorem.q̄ debemus.i.obnoxij ꝛ deuincti sumus tibi.s.per te in vrbem restituti. Sententiose hoc dictum.nam facilius creditur alienis q̄ necessarijs aut debitoribus aliquem cōmendantibus:illi enim quod expedit. hi quod optant suadere videntur. Autem pro sed:suspicio.i.latens opinio hominuz:extinguit.i.deprimit ꝛ anihilat gratiam nostram.i.qua apud eos alioqui valeremus:est enim gratia potestas ea qua quippiam valemus eo q̄ grati ꝛ accepti sumus:q̄.i.quia homines sup.putant se gratificari.i.rem gratam facere Pompeio.s.decernendo illi reductionem ꝛ ita maior gratia Pompeij extinguit minorem Ciceronis. Nos itaq̄ versamur ita vt sup.versabamur multo ante q̄ pfectus es.s.in prouinciam:in rebus i.causis:exulceratis.i.corruptis:clam.i.dissimulanter:ab ipso rege scilicet Ptolomeo/qui summis viribus annixus est a Pompeio reduci:ꝛ ab intimis ac domesticis Pompeij: deinde sup. in rebus exagitatis.i.eiectis violenter ꝛ ignominiose/palam a consularibus sup.viris:ꝛ adductis in summaz inuidiam.i.odium aut emulationem hoc est sicut ante profectionem tuam prius occulte deinde palam plurimi erant in hac causa corrupti:ita adhuc sunt. Omnes tui.s.amici presentes.i. qui in vrbe sunt:cognoscent nostram fidem ꝛ amorem sup.nostrum:tui absentis.i.quem habemus in te absentē. Alij legunt:presentisq̄ vt sint omnes tui cognoscent fidem nostram ꝛ amorem sup.nostrum: tui absentis.i.qui nunc abes:ꝛ p̄ntis.i.qū aderis. Si fides.i.fidelitas esset in hijs in quibus summa fides debebat esse:vt pote in Pompeio de quo optime meritus es:nos non laboraremus.i.sine labore te voti compotem faceremꝰ. Vale. Particula vulgata:quā in huius ep'le fine nō oēs textus habent.

Marginalia: fauere. — Dictum notabile. — Vera amicitia ē absentes ac p̄ntem colere.

M.T.C. Publio Lentulo.S.P.D..2.

Idibus Januarijs in senatu nihil est confectū:ppterea q̄ dies magna ex pte consumptus est altercatiōe Lentuli consulis ꝛ Caninij tribuniplebis. Et eo die nos quoq̄ multa verba fecimus:maximeq̄z visi sumꝰ senatum cōmemoratione tue voluntatis erga illum ordinem cōmouere:Itaq̄ postridie placuit vt breuiter sn̄ias diceremus videbat̄ em̄ cōciliata nobis volūtas senatus esse qđ tum dicendo:tum singulis appellandis rogandisq̄ perspexerā. Itaq̄ cum sn̄ia prima Bibuli pronunciata esset: vt tres legati regē reducerēt. Scđa hortensij: vt tu sine exercitu reduceres.tertia Volcatij:vt Pompeius reduceret:postulatum est:vt Bibuli sn̄ia diuideretur:quatenus đ religione dicebat. Cui rei q̄r obsisti non poterat:Bibulo assensum est de tribꝰ legatis:frequentes ierūt in alia oīa. Proxia erat Hortensij sententia. Cui lupus tribunus plebis q̄ ipse de Pompeio retulisset:intēdere cepit: ante se oportere discessionem facere q̄ cōsules eius: orationi vehementer ab oībus reclamatum est. Erat.n.iniqua ꝛ noua. Consules neq̄ ꝯcedebāt.

Idibus Ja. Superiorem epistolam scripserat idibus Januarijs mane:hac autez idicat nihil idibus in senatu confectum: recitatq̄ que postridie acta sint cuz modestia officij sui cōmendatione: demum pollicetur se Lentulum de omnibꝰ rebus certiorem facturum. Idus in singulis mensibus dixit octo:ego potius credaz singulas esse:sed idus octauum esse diez post nonas. Dicte enī sunt idus ab iduo i.viduo,ꝛ diuido:eo q̄ is dies fere mensem per medium diuidit. est enim in Januario decimusquartus. Cetera cum ordine explanabo. Ordo autem est. Nil est confectum.i.conclusuz ꝛ definitum in senatu i.in curia senatoria:idibus Januarijs ppterea q̄ dies est consumptus. ex magna parte:altercatione.i.contentione Lentuli consulis/quod dicit ad differentiā Lentuli ad quem scribit:qui erat proconsul.i. consulari potestate in prouincia fungens. ꝛ Caninij tribuniplebis qui aut de hoc aut potius de altero negocio cōtendebāt nam si eorum contentio ad rē/Lentuli pconsulis spectasset: Cicero eam expressisset. Nos quoq̄.i. etiam nos fecimus eo die multa verba.i.multa locuti sumus.et visi sumus.s.nobis:cōmouere.i.afficere beniuolentia in te:senatum maxime.i. precipue cōmemoratione voluntatis tue.i. eo q̄ indicauimus optimam voluntatez tuā erga illum ordinem.s.senatorium. Itaq̄ placuit vt diceremus sn̄ias breuiter.i.sine lōga disceptatione/postridie.i. die sequēte idus.ideo aūt placuit: enim pro quia: voluntas senatus videbatur esse reconciliata nobis i.in grāz rediisse ac iterum fauere nobis: hoc est cause nostre. quod.i.

Marginalia: Ep'le argumentū. — Idus. — Kl'e ordo. — Facere verba.

neq; valde repugnabāt. Diē cōsumi volebant: id qđ est factū. Perspiciebāt eni i hortēsij sniam mľtis partib⁹ plures ituros: q̄q̄ apte Volcatio assentirētur. Multi rogabant: atq; idipsum ꝯsulibus inuitis. Nā hi bibuli sniam valere cupierunt.

quā rem: ego prospexerā: i. deprehēderā: tum. i. pariter dicēdo. i. cū cām tuā dicerē: nā assentiri videbant. tum. i. pariter: appellandis ꝛ rogandis singulis. i. cū singulos alloquerer ꝛ rogarē quid sentirent. Itaq; cū sentētia Bibuli. vt tres legati reducerēt regē scz ptolomeum: eēt pnunciata prima: ꝛ snia Hortensij. s. vt tu reduceres sup. eū sine exercitu: eēt pnunciata scđa: ꝛ snia Volcatij. s. vt pōpei⁹ reduceret esset pnunciata tertia: postulatū est. s. a iudicib⁹ vt snia Bibuli diuideret quatenus. i. inquātū dicebat de religione diuideret inquā in duo membra: quorū vnū esset nō oportere ꝯ religionē cū exercitu reduci: alterū vt p tres legatos sine exercitu duceret. Cui rei. s. quatenus dicebat de religione: q: nō poterat obsisti. i. cōtrastari. Est autem impersonaliter dictū) hoc est q: nemo audebat cōtradicere: assensum est bibulo: q: oēs approbauerūt non esse deducendū cum exercitu. De tribus legatis. i. quātū erat q̄ per tres legatos deducendum censebat: frequentes. i. plurimi iudicū ierūt. i. eundo sniam ꝛ volūtatē suā declarauerunt: in alia oia. i. in alias snias potius q̄ in bibuli. Proxima. i. secūda sentētia erat Hortensij. s. vt tu sine exercitu reduceres. Cui. s. snie. Lupus tribunusplebis cepit intendere scz impedimentum ne approbaret: eo q̄ ipse retulisset. idest in consultationem adduxisset: de Pompeio. idest an ne potius per Pompeium reduci deberet. Intendit autem: id est obstitit ꝛ impedimentum iniecit: eo quod diceret: se oportere facere discessionem idest abeundo ad cuiuscunq; sententie auctorem vellet: eius sententiam approbare (propositis enim sententijs ne longum esset percunctari iudices de singulis quid sentirent: iubebantur auctores sentētiarū ab alijs discedere: ꝛ iudices ad eum cuius sniam approbarent accedere ꝛ ita eundo ferebant sniam) antequam consules. Reclamatum est vehementer ab omnibus orationi. idest assumpto eius. enim pro q: oratio eius erat iniqua ꝛ noua. i. inaudita. Inferendis eni sententijs prior locus erat consulibus q̄ tribunisplebis. Consules neq; concedebant. s. assertionem Lupi: neq; repugnabant valde. i. vehementer. q: ipsi volebant diem consumi. i. sine approbatione snie transigi: id quod factū est. Volebant aūt diē cōsumi: enī pro q: ipsi perspiciebant. i. perspicaciter videbant: aut pspiciebant. i. preuidebant plures ituros in sniam Hortensij: sup. a multis partib⁹ plures inquā q̄ in aliorum sniam: q̄q̄ ipsi qui irent in sentētiam Hortensij: assentirent a parte Volcatio qui Pompeio honorem addixerat. Multi. s. iudicum rogabantur. s. sniam: atq; id ipsum. si fiebat: consulibus inuitis. Nam hi. s. consules volebant sniam bibuli valere. i. approbari.

Prospitio deprehendo.

Proximus q̄s sit

Intendere obstare

Perspicere ꝛ prospicere.

¶ Hac controuersia vsq; ad noctem ducta: senatus est dimissus: ꝛ ego ea die casu apud pōpeium cenaui. natusq; tempus hoc magis idoneuz quā vnquā antea: q̄ post tuum discessum is dies honestissimus nobis fuerat in senatu: ita sum cuz illo locutus. vt mihi viderer aīum hominis ab omni alia cogitatione ad tuā dignitatē tuendam traducere. Quem ego ipsum cum audio: prorsus euz libero omni suspitione cupiditatis. cum autem ei⁹ familiares omniū ordinū video: perspicio id quod iam omnib⁹ est apertū: totā rē istā iāpridez a certis hoibus non inuito rege ipso consiliarijsq; ei⁹: esse corruptam. Hec scripsi ad. xvj. kalē. Februarij ante lucem. Eo die senatus erat futurus. Nos in senatu quemadmodum spero dignitatem nostram: vt potest in tanta hominum perfidia ꝛ iniquitate: retinebimus. Quod ad popu-

¶ Hac controuersia. s. de tribus sententijs: ducta. i. agitata ꝛ de industria plongata vsq; ad noctem. i. postq̄ sic ducta est senatus est dimissus. s. domum. ꝛ ego cenaui ea die: aut eo die idest in eius diei vespere apud Pompeium casu. i. euentu fortuito: aut quia illi obuiam factus ad cenam inuitatus est: aut ab amico illuc adductus: ꝛ nactus. i. assecutus hoc temp⁹ magis idoneum. s. ad agenda cum Pompeio que vellem: quā vnq̄ antea: q̄. i. eo q̄ is dies fuerat nobis: in senatu honestissimus idest honorificentissimus post tuuz discessum idest omniū dierū quos habueram post tuum discessum: aut q: primus sniam rogatus aut potius q: senatū maxime promouere visus ꝛ beniuole audit⁹ fuerat: sum locutus cum illo scz Pompeio: ita vt viderer mihi traducere animum hominis scz Pompeij: ab omni alia cogitatione ad tuendam dignitatem tuā que videret ledi si a petitione excideres. quē ipsum idest vt dicunt in ppria psona cum ego audio. s. de te loquentem: libero eum prorsus. i. oino: oī suspitione cupiditatis s. reducēdi regē cū aūt video familiares eius oīum ordinum. i. in quocunq; statu

Casus q̄d denotet.

Quantū honor istu debāt romani.

⁊ gradu dignitatis sint ego ꝓspicio .i. animaduerto id qđ est iā apertū .i. manifestū omnib⁹ ⁊c. totam rem istā .s. de reductione regis per te: esse iā pridē corruptā a certis hoibus non inuito .i. annuente rege ⁊ consiliarijs eius qui .s. malint eū per Pōpeium reduci. Ego scripsi hec ad decimūsextū sup. diē. Kalē .s. qui ē ante kalēdas cōnūerato tū die kalēdarū qui prim⁹ cuiusq; mensis est februarij: ante lucē: hoc ē summo mane. Senatus .i. cōgregatio ⁊ cōcinū senatorum: erat futurus .i. habēdus eo die. Non igitur quotidie fiebat senat⁹. Nos (queadmodū spero) retinebimus dignitatē nostrā .i. honeste stabimus ⁊ audiemur ꝑ te loquētes: in senatu: vt .i. quātū potest sup. fieri aut retineri in tanta perfidia hoīum. Quod .i. quantū attinet ad rationē popularem idest vulgarē hoc est quātū pertinet ad iudicium populi: nam dū lis a senatu discidi non poterat: facta concione referebatur ad populū: nos videbimur cōsecuti .i. obtinuisse hoc: vt nequid .i. vt nihil possit agi cū pupulo: idest referri ad populum: aut rogari populum aut transigi a populo: Aut saluis auspicijs: q: populus rogari non poterat auspicijs renuentibus: tūc aūt Cicero ostenderat aut ostendere paratus erat: auspicia abnuere: aut saluis legibus: q: leges vetabant tunc ppl'm rogari: aut deniq; fine vi .i. violentia: que q: nō facile fit: censet iudicium populi qui Pompeio faueret nō magnopere timendū. Auctoritas senatus grauissima .i. maximi ponderis ⁊ vigoris quia sanctissima itercessit .id est interposita est ⁊ addita: his rebus .s. nequid cū populo agatur pridie .i. diem anteq; scripsi hec: cui s; auctoritati ⁊ approbationi senatus cum Cato ⁊ Caninius intercessissent .i. suam auctoritatē ad impediendum interposuissent ⁊ ita obstitissent: tamē .i. nihilominus .ipsa est prescripta .i. i rez iudicatam ⁊ (vt Galli dicunt in arrestā) transacta: hoc est irrefragabiliter ratificata. Uideri possit mirum: quo Cicero vno verbo in eadem fere clausula tam diuerse vtatur: nam senatus intercessit .i. approbauit ⁊ Cato intercessit .i. impedire voluit. verū intercedere vnū significat: id videlicet qđ partes componentes: sed animus intercedentiū diuersitatē facit: nā authoritas senatus intercessit pro mulgationi legis vt ratificaret. Catonis vt refelleret: non ergo dicā intercessit .i. approbauit: sed intercedendo approbauit ⁊c. Ego arbitror: eā .s. auctoritatē senatus: aut legē prescriptā: esse missam ad te. Ego scribā ad te de ceteris rebus quicquid erit actū: ⁊ ꝓuidebo .i. ꝓspiciam: omni cura mea. opera .i. labore: diligentia ⁊ gratia: vt .s. cetere res agantur q; rectissime .i. valde decenter. Pulchra est auxesis in his vocabulis. cura opera diligentia gratia: nam multi curāt per alios: nec quisq; fere operam sine cura adhibet. nec diligentiam sine opera nec gratiam impartit sine diligentia: qui enī gratia sua aliquod facit: quicquid per se aut per alios potest facit. Sane licet inepte dixeris puer erit percussus ꝑcutietur: non tamē inepte dixit quicquid actum erit: non quicquid agetur: non enim dum agentur sed dum acta erunt scribenda censet.

[Margin: Pridie calendas]
[Margin: Modus diruēdis litib⁹ apō romanos]
[Margin: Intercedere qđ d notet.]
[Margin: Senatus authoritas legis ꝓmulgationi ꝑ illi⁹ approbatione interuenire debet.]

lare rōnē attinet: hoc videmur cōsecuti: vt negđ agi cū populo: aut saluis auspicijs: aut saluis legib⁹ aut deniq; sine vi possit. De his reb⁹ pridie q̄ hec scripsi: senatus authoritas grauissima intercessit: cui cū Cato ⁊ canini⁹ intercessisset: tū est prescripta: eā ad te missam esse arbitror. De ceteris rebus qcqd erit actū scribā ad te: ⁊ vt q̄ rectissime agant oī mea cura: opa diligētia: grā prouidebo.

Uale.

M. T. C. Pub. létu. S. P. D. 3

Ulo trebonio q in tua prouincia magna negocia ⁊ ampla ⁊ expedita habet multos annos vtor valde familiariter. Is cū antea ⁊ suo splendore ⁊ nostra ceterorūq; amicorū cōmēdatione gratissimus in ꝓuincia ꝓfuit: tū hoc tpe propter tuū i me amorē: nostraq; necessitatē vehemēter cōfidit: his meis lr̄is se apō te gratiosuz fore: q̄ ne spes eū fallat. vehemēter te rogo: cōmēdoq; tibi oīa ei⁹ negocia: liberos ꝓcuratores familiam ī primisq;: vt que tit⁹ appi⁹ de ei⁹ re decreuerit: ea

Ulo trebonio ⁊c. Hec epl'a cōmēdatitia in quibusdam exēplarib⁹ ad finē precedentis ascripta ē: in alijs seorsū posita: q seq̄ malui. eo q; verisimili⁹ est eā Trebonio ad ꝓferēdā eam qū velit traditam. Miro studio ⁊ aptissimis vbis licet paucis hoiem cōmēdat ita vt pueris sit penit⁹ ediscēda hec epl'a ⁊ ꝑ exemplari habēda. In cuius pricipio animaduertant nō ridiculū esse quod Seruius dixit per actm̄ tpis ꝯtinui ꝑsertiz honestiorem esse locutionē: nam Cice. ita fere locutus est: vt multos annos vtor ⁊c. quod nūc quasi necessariū erat. eo q; alter ablatiuus adest. Ordo est. Ego vtor valde familiariter: multos annos .q. d. ⁊ sum vsus iā multos ānos. Aulo trebonio qui habet in tua ꝓuincia .scilicet Cicilia que tibi proconsuli decreata est: negocia

[Margin: Epistole hui⁹ argumentum.]
[Margin: Seruius carpitur.]
[Margin: Lre structura.]

comprobes omnibusq; rebus eum ita tractes: vt intelligat nostram commendationem non vulgarem fuisse. Uale.

vt sunt mercature: magna. i. magne ipēse ꝛ ampla. i. honorifica: ꝛ expedita. i. nō implicita litib⁹: aut obnoxia publicanis. Is s. Aul⁹ Treboni⁹ cū. s. ita sitq; fuit sp ātea gratissimus in puīcia. s. ista: ꝛ. i. siml'/ suo splēdore. i. hōestate summa vite: ꝛ cōmēdatōe nr̄a ꝛ ceteroꝝ amicoꝝ (vbi notet puer ꝯiūctōem posse diuersos casus copulare dūmō dictio regēs eos exigat. vt hoc loco: nā cōmēdatōe nr̄m nō est in vsu qđ ēt notet: ꝛ cōmēdatōe nr̄i nō patit̄ significatio) tū. i. multo euidētius ꝯfidit hoc tpe pp tuū amorē in me. i. q: scit ꝙ abs te amori ꝛ pp nr̄am necessitudinē. i. vinculū amicitie: se fore gratiosum. i. plenū grē ꝛ cōmēdatōis apud te: his lr̄is meis: q̄ spes ne fallat. i. decipiat eū: rogo vehemēter te: ꝛ ꝯmēdo tibi oīa negocia eius: liberos. i. plē legitimā: q: pp multa dispēdia in Gallia sub Cesare accepta in Ciliciā cū tota familia migrauerat: pcuratores. s. negocioꝝ ꝛ cāꝝ ei⁹ quos factores vocant: familiā. s. oēm. ꝛ in primis vt cōprobes ea q̄ Titus Appius q añ te puinciā rexit decreuit de eius re: vt. s. merx eius libera sit a vectigalibus ꝛ portorijs: ꝛ vt tractes eū sup. in oibus rebus ita vt itelligat cōmendationem nostram fuisse non vulgarem: sed egregiam ꝛ valentem.

Coniunctio diuersos potest casus copulare si mō illos dictio regens exigat.

Procuratores qui sint.

Argumentum.

M. T. C. Publio. Lentulo. S. P. D. 4.

AD decimūsextū kalē. ꝛc. Protestatur se viriliter pro lentuli dignitate certasse/ parum tñ obtinuisse ob quorundam iniuriā

A D. xvj. kal'. Feb. cuȝ in senatu pulcherrime starem⁹. ꝙ iā illā sniam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeram⁹: vnūq; certamen eēt relictū snia Volcatij res ab aduersarijs nr̄is extracta est varijs calūnijs: cām ei frequēti senatu magna varietate: magnaq; iuidia eoꝝ q a te cām regiā alio trāsferebāt obtinebamus. Eo die acerbū habuim⁹ Curionē: Bibulū multo iustiorē: pene ēt amicum. Caninius ꝛ Cato negarunt se vllā legē añ comitia esse laturos. Senat⁹ haberi añ Kal'. Feb. p legem Pupiā id qđ scis nō pōt: neq; mēse febr. toto nisi pfectis aut reiectis legationibus: Hec tñ opinio est po. Romani a tuis inuidis: atq; obtrectatorib⁹ nomē inductū ficte religiōis nō taȝ vt te ipedirēt ꝙ vt ne qs pꝑter exercit⁹ cupiditatē Alexādriaȝ vellet ire. Dignitatis aūt tue: nemo est qn existiet habitam esse rationē ab senatu. Nemo est enim q nesciat quo min⁹ discessio fieret p aduersarios tuos esse factum. Nūc Po. Ro. noīe: re aūt vera sceleratissimo latrocinio si qua conabunt agere satis puisum est. vt neq̄d saluis auspicijs: aut legibus: aut iam sine vi agere possint. Ego neq; de meo studio. neq; de nōnulloꝝ iniuria mihi scribendū esse arbitror. Quid. n. aut me ostenteȝ: qui

Stare dicitur orator ꝛ actor: duȝ ea que orat aut agit placent. Comitia sunt dies ꝛ loca: quibus ꝛ ad q̄ coit populus ad creandos nouos magistratus aut ad res graues decernendas. Ordo ē. Cū nos starem⁹ pulcherrime. i. cuȝ actio nostra placeret: ꝛ pspera esset in senatu/ ad. i. circiter decimūsextū dieȝ: kalēdas. i. añ kalendas februarias: ꝙ. i. q: nos fregeramus. i. abrogaueramus pridie. s. ei⁹ diei i. die cum diē precedēte: illam. s. notam et sepe dictam sniam Bibuli de tribus legatis. s. pro rege sine exercitu mittendis: et vnū certamē esset relictū veȝ snia Volcatij: res est extracta. s. e manibus nostris: ab aduersarijs: varijs calūnijs. i. iniqs cauillatōibus eā. i. q: nos obtinebam⁹ cām s. tuam sup. in frequenti senatu ꝛ magna varietate. s. sniarum a diuersis latarum: ꝛ magna inuidia. i. odio coꝝ qui transferebant cām regiam a te alio. i. ad aliuȝ: vt pote ad Pompeiuȝ. Nos habuimus Curionem. scȝ causidicum qui postea Cesari adhesit: acerbum. i. acrem aduersarium ꝛ habuimus Bibulum iustiorem. i. equiorē multo: ꝛ pene etiam amicum. Caninius ꝛ Cato q̇ intercesserant ne lex ferret̄ ne ad ppl'm res referret̄: negarunt se esse laturos vllam legem ante comitia. i. priusquā ppl's conueniret ad magr̄atus eligēdos. Senatus. i. vt dicunt consistorium ꝛ curia senatorum: non pōt hr̄i ante kal'. Febr. p legem Puppiā: q̄ cauet vt tantisper duȝ Comitia fierent: senatus non haberet̄: id qđ. i. quā rem tu scis. non eñ recens erat ea lex. Neq; senatus pōt hr̄i toto mense februario/ nisi legationibus perfectis. id est determinatis: aut reiectis i. post habitis: ita vt non placeret de eis quicq̄ agi

Stare.

Comitia Lr̄e series.

Frangere qd sit.

Calūnia

Senatus quo tpe possit haberi copia

tā.i.nihilominus hec est oplo pop. Ro. nomen.i.mentionē religionis ficte i.stimulate(cū tñ verū eēt ita carmine sybillino caueri:sz potuit ppl's falso opiari id ab emulis fictū)iductū sup.eē ab iuidis ⁊ obtrectatoribus tuis:hoc est quos tu inuidos ⁊ detractores hēs:ac pateris : sz sic valla tui dicēdū pciperet.nō tā.i. nō tātope ea cā vt ipediret te.q̄.i.q̄tope:vt ne qs vellet ire Alexādriā. i. ad regiā vrbē egypti: pp cupiditatē exercit⁹.i.q: videbāt exercitū tā cupidū ei⁹ pfectiōis aut q: cupiebant exercitū. Aut.i.sz:nemo ē qn existiet rōnē.i.respectū honorificū tue dignitatis esse habitā ab senatu.ei.i.q: nemo est q̄ nesciat factū eē p aduersarios tuos quo min⁹.i. vt nō fieret discessio.i.latio snie cognitis iudicijs senat⁹ p discessionē ad sue cuiusq; opionis auctorē factā. Nūc i.deinceps:hi.s.emuli tui conabunt agere q̄.i.aliq̄ noie po. R.i.sub ptextu referēdi ad pplm eo q̄ senatū tibi fauentē videt:aūt.i.sz:re ɏa.i.nō sil'ata latrocinio sceleratissimo : q: p largitionē corrupti fas ⁊ nefas venale hnt:satis est puisum.s.p auctoritatē senat⁹ vt neqd possint agere(Uacat vt qs sepe apud Ciceronē sic repies).s.cū ppl'o:auspicijs saluis.i.auspicato:aut legib⁹saluis:aut iā post q̄ auspicia ⁊ leges refragant:sine vi.i.violētia:que actio nulla foret. Ego neq; arbitror scribēdū esse mihi:neq; de studio meo.s.in te.neq; de iniuria nōnullor.i.quorūdā. Em̄.i.q::qd.i.ad qd:aut ostentē me.i.iactē offm̄ meū in te:q̄ si pfundā.i.abunde exponā:vitā.s.meā p dignitate tua:nullā.i.non vllā:nō videar assecutus.i.eqparasse vllā ptē meritor tuor.s.in me. Aut qd q̄rar.i.cōquerar de iniurijs alior.qd.i.quā rē nō possum facere sine summo dolore:q.d.frustra. Ego nihil possum prestare.i exhibere ⁊ efficere tibi in hac imbecillitate magistratuū.i.in qua magistratus fere corrupti sunt:at i.sed ea.i.imbecillitate magistratuum excepta:possum confirmare.i.certificare: te retenturum tuaz dignitatem summo studio ⁊ senatus ⁊ po. Ro.i.tam senatus q̄ po. Ro. Uale.

Inuidus quiscūs subdatur

Nūc: futurum respicit.

si vitam pro tua dignitate profundam: nullam ptem videar meritorum tuoruz assecutus. Aut de aliorum iniurijs querar: quod sine summo dolore facere non possum. Ego tibi in hac presertim imbecillitate magistratuum prestare nihil possuz at ea excepta possum confirmare te : ⁊ senatus: et Populi Romani summo studio amplitudinem tuam retenturum. Uale.

Argumētum ep'le

Tametsi ⁊c. Lentulus egerat Cicerōi grās ob gratuz offm̄ in tuenda causa sua. Cui Cicero nunc rescribens dicit sibi dolere ea tempora incidisse:vt lentulus cogatur experiri fidem ⁊ beniuolentiam suorum ⁊ presertim ipsius Ciceronis erga se dolet etiam q̄ Cato legem tulerit de prouincia abroganda Lentulo:q̄ rem Lentulus verebatur euenturaz. De rege autem reducendo per Lentulum dicit se bene sperare cum videatur rex ipse id velle. Ordo ē. Tametsi.i.q̄ q̄ nihil fuit mihi optatius q̄ vt cognoscerer esse q̄ gratissimus.idest valde gratus:erga te : primum abs teipso:deinde a ceteris omnib⁹ tamen ego afficior summo dolore.i. summe doleo:ea tempora consecuta esse post tuam profectionem.i.abitum ab vrbe : vt tu absens experire. idest cogereris experiri ⁊.idest simul meam:⁊.idest simul. ceterorum fidem.i.fidelitatem ⁊ beniuolentiam erga te. Autem. idest sed ego intellexi ex tuis litteris te videre ⁊ sentire eandem fidem.i.fidelitatem/hominū in tua dignitate.s.seruāda:hoc est fictā ⁊ simulatam:quā ego suz exptus in mea salute(cū s.in exilio esset.) Nos cum niteremur maxime de causa regia. idest reductione re-

Littere ordinatio

M. T. Cicero. Publio. Lentulo. S. P. D.

Tametsi mihi nihil fuit optatius q̄ vt primū abs teipso deide a ceteris oībus q̄ gratissimus erga te esse cognoscerer: tñ afficior summo dolore eiusmodi tpa post tuam profectionem consecuta esse:vt ⁊ meam ⁊ ceterorū erga te fidē ⁊ beniuolentiā absens experire. Te aūt videre:⁊ sentire eandem fidē hoīm in tua dignitate:quam ego in mea salute sum expertus ex tuis litteris intellexi. Nos cum maxime consilio studio.labore.grā de causa regia niteremur subito exorta est nefaria Catonis pmulgatio : que nostra studia impediret ⁊ aīos a minore cura ad summū timorē traduceret. Sed tñ in eiusmodi pturbatione rerum q̄ q̄ oīa sunt metuenda: nihil magis q̄ perfidiam timemus:⁊ Catoni quoquō sese res habeat resistemus.

¶ De alexãdrina re: causaq; regia tm̃ habeo pol liceri: me tibi absenti: tuisq; presentib⁹ cumulate satisfacturũ. Sed vereor ne aut eripiatur a nobis regia causa: aut deseratur: quorꝫ vtrũ minus velĩ nõ facile possum existimare. Sed si res coget: est quidã tertiũ: qd neq; Selicio: neq; mihi displicebat: vt neq; iacere regẽ pateremur: nec nobis repugnãtibus ad eum deferri: ad quẽ prope iã de latum esse existimatur. A nobis agentur omnia diligẽter: vt neq; si quid obtineri poterit: nõ ꝯtẽdamus: nec si quid nõ obtinuerimus: repulsi esse videamur. Tue sapientie: magnitudinisq; animi est omnẽ amplitudinem: et dignitatẽ tuã in virtute atq; in rebus gestis tuis: atq; in tua grauitate positam existimare. Si quid ex his rebus: quas tibi fortuna elargita est: nõ nullorꝫ hominũ perfidia detraxerit: id maiori illis fraudi ꝙ tibi futurꝫ A me nullũ tempus pretermittitur de tuis reb⁹ ꝛ agendi ꝛ cogitandi. vtorq; ad oĩa. Qu. Selicio. Neq; enim prudentiorem quẽꝙ ex tuis: neq; fide maiorem eẽ iudico: neq; amantiorem tui.

gis: consilio. studio. labore. gratia. i. oĩbus virib⁹ nefaria ꝓmulgatio Catonis. s. vt tibi prouincia abrogaretur: est exorta iubi to: q. s. promulgatio impediret studia nostra. i. q̃bus nitebamur tibi reductionem decerni ꝛ traduceret aĩos nostros a minore cura. s. reductonis obtinẽde: ad summũ timorem. s. prouincie tibi amittende: sed ꝙꝙ oĩa sunt metuenda in eiusmodi perturbatione rerũ: tamẽ nihil timem⁹ magisꝙ perfidiã. s. eorum q̃ se amicos simulant: ꝛ resistem⁹ Catoni quoquõ idest quõcũq; res habeat sese. Ego habeo. i. possum tã tum polliceri de re alexandrina ꝛ pro idest cã regia idest de reductione regis Alexandriã: me satisfacturum cumulate. i. abũde tibi absenti ꝛ tuis pñtibus. s. quãtũ tu audies ꝛ illi videbunt. Sꝫ vereor ne aut cã regia eripiatur a nobis aut deseratur. s. ab senatu ꝛ ppl'o ro. hoc est ne rex aut ꝑ aliũ aut ꝑ nullum reducatur quorũ. s. duorꝫ: vtrum ego velim minus non possum existimare idest iudicare facile. Sꝫ si res coget scilicꝫ ad hoc deuenire: est quiddã. i. q̃dã ꝑ fugium tertium: qd neq; displicebat Selicio. scilicet amico tuo neq; mihi: vt neq; pateremur regem iacere idest neglectum esse nec nobis repugnantibus. i. q: nos repugnaremus: pateremur sup. negocium deferri ad eum. s. Pompeium: ad quẽ existimatur iam esse prope. i. quasi de latum. Oĩa agentur diligenter a nobis: vt neq; nõ cõtendamus. i. vt ꝛ cõtẽdamus si quid poterit obtineri: nec si q̃d non obtinuerimus: videamur esse repulsi. Est. s. officiũ: tue sapientie ꝛ magnitudinis animi. s. tui existimare idest iudicare: oẽm amplicitudinem ꝛ dignitatem tuam esse positam idest contineri: in virtute scilicet tua atq; in rebus tuis gestis: atq; in grauitate tua. Si nõnullorũ. i. quorundã hoĩm vt catonis ꝛ Pompeij: perfidia/detraxerit tibi q̃d. i. aliq̃d ex his reb⁹: quas fortuna ẽ elargita tibi. i. ex honoribus ꝛ dignitatibus externis: id futurum sup. est aut prudẽtie tue ẽ existimare: id futurꝫ sit. esse maiori fraudi idest detrimento illis. s. ꝑfidis ꝙ tibi. Nullũ tps ꝛ agẽdi ꝛ cogitãdi de tuis rebus: pretermittitur a me: ꝛ vtor ad oĩa Quinto selicio. neq; enĩ iudicio quẽꝙ ex tuis prudẽstiorem sup. eo: nec maiorem idest prestantiorem: fide idest fidelitate: neq; amãtiorem tui. i. qui te magis amet.

Perfidi sunt q̃ se amicos simulant.

Uter interrogatiue ꝛ alter de duob⁹ dicunt.

Hic q̃ agant quecq; acta sint. ea ter lr̃is multorꝫ ꝛ nũtijs cognoscere arbitror: q̃ aũt posita sũt i ꝯiectura queq; mihi videntur fore: ea puto tibi a me scribi oportere. Postea ꝙ põpei⁹ apud pplꝫ ad octauũ idus februarias cũ ꝑ Milone diceret: clamore: cõuitioq; iactat⁹ est: i senatu quoq; a catone aspere: ꝛ acerbe nimiũ magno silẽtio est accusat⁹. visus est mihi vehemẽ

Hic ꝛc. In multis exẽplarib⁹ pricipiũ est alteri⁹ ep̃le ꝛ ita potius ꝙ cũ superiore legatur. Ego arbitror te cognoscere ꝛ lr̃is multorꝫ ꝛ nunt ijs q̃ agantur queq;. i. q̃ ꝛ acta sint: hic. i. rome: aũt. i. sed ego puto oportere ea scribi a me tibi: q̃ posita sunt in cõiectura: queq;. i. ꝛ q̃ videntur mihi fore. i. futura esse. Postea ꝙ Põpeius cũ diceret. s. cãm ꝑ milone scilicet homicida: apud ppl'm ad octauũ idus februarias: iactatus est idest fere exagitatus est clamore ꝛ conuicio scilicet populi scilicet non admittẽdis ei⁹ orationẽ. accusat⁹ est quoq; idest etiã in senatu: a catone acerbe et silentio nimium magno.

Cicero milonem homicidam sua omnia defendit.

ter esse pturbatus. Itaq; Alexadrina cā: que nobis adhuc ītegra ē (nihil ei tibi detraxit Senat⁹ nisi id: qđ p eandē religionē dari alteri non pōt) vr̄ ab illo plane eē deposita. nūc id speram⁹: idq; molimur vt cum rex ītelligat sese. id qđ cogitabat vt a Pōpeio reducat: asseq nō posse: ꝛ nisi p te sit restitutus desertū se atq; abiectū fore: pficiscatur ad te. Qđ sine vlla dubitatōe: si Pōpeius paulū mō ōnderit sibi placere: faciet. Sed nosti hoīs tarditatē: ꝛ taciturnitatē. Nos tñ nihil qđ ad rē ptinet: ptermittim⁹. Ceteris iniurijs: q̄ pposite sūt a catōe: facile vt sperō: resistem⁹. Amicū ex cōsularibus neminē tibi esse video: pter Hortēsiū ꝛ Lucullū: ceteri sunt ptim obscuri⁹ iniq ptim nō dissimulanter irati. Tu fac aīo forti: magnoq; sis: spe resq; fore: vt fracto īpetu Leuissimi hoīs tuā pristinam dignitatem ꝛ gloriam consequare.

qđ signo erat: Catonē accusando pōpeio senatui placere: Pōpeius sup. visus ē mihi esse pturbat⁹ vehemēter. Itaq; cā alexādrina. que est nobis adhuc integra (ei i. q: senat⁹ nihil detraxit tibi nisi id qđ nō pōt dari. i. cōcedi alteri p eandē religionē s. libꝛoꝝ sybillinoꝝ hoc ē ne cū exercitu reducas) videt esse deposita plane. i. oīno aut manifeste: vt res tota vr̄ in plano sita Nos spamus nūc id: ꝛ molimur id: vt cuꝫ rex. s. Ptolomeus intelligat sese nō posse assequi id qđ cogitabat. s. vt a Pompeio reducat: ꝛ se fore desertum atq; abiectuꝫ nisi sit restitutus p te: ipse sup. pficiscat i. veniat ad te: qđ supp. rex faciet sine vlla dubitatōe si pōpei⁹ ōnderit mō. i. solūmō paulū. i. modico idicio aut signo placere sibi. s. vt ad te pficiscat. Sed tu nosti tarditatē hoīs. s. Pompeij: ꝛ taciturnitatem: q: nec dicto nec facto voluntatem suā indicare solebat: tñ nos nihil ptermittim⁹ qđ pertinet ad eam rem. s. vt inducamus Pompeium ad significandum se velle regem p te reduci. Nos resistemus facile (vt spero) ceteris iniurijs q̄ proposite sunt a Catone qui scꝫ volebat legem de abrogāda Lentulo puincia pmulgare. Ego neminēꝫ ex cōsularib⁹. i. ex ijs q̄ cōsules fuerunt aut cōsulatū gesserūt (Alibi ēt ij cōsulares dicuntur qui consulatu digni censentur) video. i. considero (refertur enim ad iudicium animi) amicum tibi preter Hortensium ꝛ Lucullum: ceteri sunt iniqui. i. offensi in te: partim obscurius i. occultius: partim sunt irati tibi non dissimulanter. i. aperte. Tu fac sup. vt (sed venuste subaudit particula vt) sis aīo forti ꝛ magno: ꝛ speres fore. i. futurum esse ꝛ euenturum: vt consequare. i. nanciscare ꝛ obtineas tuam dignitatem ꝛ gloriam pristinaꝫ. i. prioris status tui: hoc est quā prius habuisti (Est enim pristinum quod ab aliquo prius est habitum: Priscum qđ in prioribus fuit seculis. in alijs nimirum hominibus: vt prisca frugalitas Romanorum) ꝛ hoc impetu hominis leuissimi. s. Catonis: qui sine legitima causa te oppugnat: fracto. i. repercusso. Mirum aūt est q Catonem cui grauitas propria erat leuissimum dicat.

Res tota in plano sita est.

Pōpeij taciturnitas ꝛ mores.

Particula vt venuste.

Pristinuꝫ

Grauis cato.

M. T. C. Publio Lentulo. S. P. D.

Q Ue gerant accipies ex Polliōe: q oīb⁹ negocijs nō interfuit solū: sꝫ pfuit me in sūmo dolore: quem in tuis reb⁹ capio: maxie scꝫ ꝯsolat spes. q valde suspicor fore: vt īfringat hoīm īprobitas: ꝛ ꝯsilijs tuoꝝ amicoꝝ: ꝛ īpa die: q̄ debilitat cogitatōes: ꝛ inicoꝝ ꝛ pditoꝝ Facile scđo loco me cōsolat recordatio meoꝝ temporū: quoꝝ imaginē video in rebus tuis. Nam ꝛ si minore in re violatur tua dignitas: q̄ mea sal⁹ afflicta sit: tñ est tanta similitudo: vt sperē te mihi

Q Ue gerant ꝛc. Quia Pollio in Ciliciā ad lentulū pficiscebat: dicit eum oīa ex eo cogniturum: que q: plausibilia ꝛ grata nō sunt hortatur Lentulū ad fortitudinē: ꝛ opam suā (cum aliđ nō possit) pollicet illi strenuā. Ordo est. Tu accipies. i. intelliges ex Pollione. sup. ea que gerunt sup. Rome: q. s. pollio nō solū iterfuit. i. psns fuit oibus negocijs sed sup. ēt prefuit. s. tanq; preses. Spes cō solat maxime me in summo dolore quem capio in rebus tuis. s. taꝫ aduersis: q. i. q: s. suspicor valde: fore. i. futurū esse: vt iprobitas hominum infringatur. ꝛ. i. simul cō silijs tuorum amicorum: ꝛ ipsa die. idest tempore longo: que scilicet dies aut mora: debilitat cogitationes ꝛ inimicorum: et proditorum. Recordatio meorum temporum scilicet tam contrariorum vt in exi

Argumētum eplē

Nota inimicorum ꝛ pditoꝝ cogitationes debilitat.

ignoscere:si ea nō timuerim q̄ ne tu qdem vnq̄ ti
mēda duxisti. Sz prestate eū:q mihi a teneris (vt
greci dicūt) vnguiculis:es cognitus. Illustrabit
(mihi crede) tuā āplitudinē boīm iniuria. A me
oīa summa in te studia:officiaq3 expecta: non fal
lam opinionem tuam.   Uale.

liū abeundū fuerit: ɔsolat me facile scđo
loco:quoꝝ.s.tpm meoꝝ:imaginē.i.imita-
tionē ⁊ silitudinē ego video in reb⁹ tuis.
Nā etsi.i.q̄q̄ tua dignitas violat in mi-
nore re:q: repulsa modica:q̄ mea salus sit
afflicta:q: vt dixi exilio: tñ tāta silitudo
est vt sperē te ignoscere mihi si ego ea nō
timuerim/q̄ ne tu qdē duxisti.i.existima-
sti vnq̄ timenda sup.esse. Sed psta.i. ex-
hibe te eū.s.forti aio hoiem:qui cognitus
dicit q̄ si dicat: ego P. ecc. venio: q̄ vult cām dicier (p dici) p se. i. p supplicatiōe sibi ipetrāda. ego nō puto sup. q̄ repudiabis in honore. s. obtinēdo aut in re hōesta quē recepisti. s defendendū in pīculo. s. capitis. Aūt. i. sed: quē ego adoptē aut inuocē potius q̄ illū / quo defendente didici vincere. q. d. nullū. An verear ne s. Lic. quis neglexerit. i. paruifecerit / conspiratione hominū potentissimoꝝ. s. mibi aduersantiū: p salute mea. i. vt me saluum faciat: is nō psternat atq3 obterat obtrectationes et inuidias pusillorum ac maliuoloꝝ: pro honore meo. s. augendo? q. d. nequaq̄. Quare si amas me siue sicut soles suscipe me totū / atq3 puta. i. existima: hoc q̄cq̄d ē oneris ac muneris. i. officij tuendū ac sustinēdū sup. ee tibi: p dignitate mea. Scis fortunā meā inuenire facile: nescio qūo: obtrectatores. i. maledicos: quidez. i. certe: mehercle. s. ita iudicante: nō merito. i. peccato meo: sed quāti refert. i. interest: id. s. an merito an imerito fiat: si tñ. i. nihilominꝰ accidit nescio quo fato. i. infortunio mibi ex astroꝝ aut deoꝝ dispositione impēdente: pmittit em̄ deus ēt bonis aduersa contingere vt inde meliores euadāt: sed malū culpe a fato nō depēdet: s3 a arbitrio nostro. Si forte q̄s. i. aliq̄s fuerit / q̄ velit obesse. i. nocere et obsistere dignitati nostre: peto a te: vt prestes mibi tuam ꝯsuetudinē et liberalitatē in me abs̄te defendēdo. Ego pscripsi tibi infra. i. in inferiore pte tabelle: lr̄as sup. meas eo exēplo: q̄ exēplo i. qua forma: miserā ad senatū: aut perscripsi tibi quo exēplo et c. seu prior expositio plus placet: priore ei. pe mō dyploma. i. qō duplū dūt et exēplū lr̄aꝝ suaꝝ scripserit: posteriore tm̄ formā qua scripte eēnt Seruus tuus fugitiuus s. dionysius noie anagnostes. i. lector tuus: aut in mensa aut in lectica: (nō est ergo propriū sed officij nomen: a vbo qō est lego: vnde anagnosis lectio) dr̄ esse in Vardaci. i. in eo oppido in illyrijs: de quo tu mandasti mibi. s. vt curez cōprebendendū ego tñ premandaui. i. anteq̄ eo pfugeret: vt conquireref terra: mariq3: et pfecto ego reperiam tibi. i. ad vtilitatem tuam: illum nisi aufugerit in dalmatiam seu delmatiam que est pars illyrie: et tñ. i. licet eo fugerit: ego eruā. i. auellā eū aliqñ. i. tandē inde. i ab eo loco. Tu fac sup. vt ames nos. Vale. Ex castrij Narona. i. i eo loco ad tertiū idꝰ q̄ntileis. i. Julias.

Anagnostes.

Vatinius Cice. suo Salutem. D.

SI vales bene est. ego qdem valeo De Dionysio tuo adhuc nibil extrico: et eo minꝰ q̄ me frigus dalmaticū: qō illinc eiecit: ēt hic refrigerauit. s3 nō desistā: qn aliqñ eruaz. Sed tñ omnia mibi dura imperas. De Catilio nescio qd ad me scripsisti deprecationis dili

SI vales. Idez Vatinius ex eadem prouincia hanc ad Ciceronez dedit epistolam: in qua primuz scribit se nibil certi adhuc habere d̄ Dionysio seruo fugitiuo: sperare tantum posse eum aliquādo eruere dalmatia. Deinde q2 Cicero et Seruilius deprecati fuerant pro quodaz Pirata Catilio nomine: quem Vatinius bello ceperat: adducit multas causas quare ei non debeat parcere: rogatq3 Ciceronem vt causam suaz defendat Rome. quia potuissent supplicationes sibi decerni pro rebus in dalmatia bene gestis: Sed Cesar qui debebat referre de ea re

gentissime. Apagete cuz nostro Sexto Seruilio: nam me hercle ego quoq3 illum amo. Sed huius modi vos clientis: huiusmodi causas recipitis: hominem vnum omnium crudelissimuz: qui tot ingenuas matresfamilias stuprauit: tot ciueis Roma. occidit: disperdidit regiones vastauit: Simul vero semissis homo contra me arma tulit: et eum bello cepi. Sed tamen mi Cicero quid facere possum. Omnia me hercle quidem cupio: que mihi imperas. Meam animaduersionem: et supplicium quo vsurus eram in eum quem cepissem: remitto tibi: et condono: quid illis respōdere possuz: qui sua bona direpta: naueis expugnatas fratres. Liberos. parentes occisos. actores expostulant si me hercule Appium haberem: in cuius locum suffectus sum: tamen hoc sustinere non possem. quid ergo est: faciaz omnia sedulo: que te sciā velle: Defenditur a Qu. volusio tuo discipulo: si forte ea res poterit aduersarios fugare: in eo maxime spes est. Nos si quid erit istic op⁹ defendes. Cesar adhuc mihi iniuriam facit de meis supplicationibus: et rebus gestis dalmaticis adhuc nō refert: quasi vero non iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim: Nam si hoc expectandum sit: dum totum bellū conficiam viginti oppida sunt Dalmatie antique: que ipsi sibi asciuerunt amplius sexaginta. hec nisi omnia expugno mihi supplicationes non decernuntur: Longe alia condițione ego sum ac ceteri imperatores. Vale.

nihil adhuc retulerat: qđ iniquū censet/ cōmemorans quedā preclare gesta. Deinde se totū Ciceroni ab eo defendendū tradidit. Ordo est. Si vales bñ ē: ego quidē valeo. Ego nihil adhuc extrico. i. expedio et extricis et inuolueris seruo de Dyonisio tuo. s. seruo fugitiuo. i. nihil adhuc certi afferre possum: et eo. i. tanto minus supp. extrico aliquid: ꝙ frigus dalmaticum/ qđ eiecit sup. me: illinc. i. e dalmatia: refrigerauit. i. iterū frigus generauit etiaz hic. s. vbi nūc suz. i in hac pte illyrie. q. d. ppter frigus nihil hactenus potui agere: vnde ēt pigrū a Vergilio d: q: pigros facit: s3 nō desistā quin eruā. i. extrahā quasi ferā e latebris: illum. s. seruum tuum / aliqn. i. tandē. Sed tñ tu imperas mihi oīa dura i. difficilia factu. Scripsisti nescio qd dep̄cationis diligentissime. i. qua diligentissime p̄catus es ne aiaduertā in Catiliū: de Catilio. s. pirata a me capto Apagete. Comicus et plauto familiaris sermo: quo more sup: adixit dicier p dici. Videt autem grecū vbū ab apo et ago compositum. Nā et ago grece dicitur: vt sit apagete. i. amouete: procul agite: tu sup. cuz Sexto Seruilio nostro: nam me hercule ego amo q3 illum. s. Seruiliuz: (quare dixerat nostro Seruilio) sed recipitis vos. s. tam sancti et prudētes viri: causas huiusmodi clientis i. rei. s. pirate. q. d. id non decere. Suscipitis inquam defendendum: hominē vnuz i. solū crudelissimū oium: q stuprauit tot ingenuas. i. nulla seruitute sua aut maiorum suoꝝ notatas matresfamilias: et sup. qui occidit tot ciues Romanos: qui arripuit disp̄didit. s. tot ciues romāos: et sup. qui vastauit regiones. Siml vero: homo

Semissis

semissis. i. vixa sse et dimidio eius estimandus: vnde prius hoi semissi legendum duxit: tulit arma contra me: et cepi eum bello se iusto. Sed tamen mi Cicero quid possum facere. i. in hac re. quidem. i. certe ego cupio sup. facerē oia: me hercle: que tu mihi. Ego remitto tibi. i. ad placitum tuuz: condono meaz animaduersionem. i. iustā punitionē Catilij et supplicium: quo eraz vsurus in eū/ quē cepissem: quid possum rñdere illis qui actores. i. cum sint actores et accusatores: expostulāt. i. iuste et manifeste postulāt: bona sua direpta. s. a Catilio: naues expugnatas. i. captas et victas ab eo: fratres: liberos pentes occisos. s. ab eodē. q. d. nihil possum honeste respondere si eum absoluo. Me hercle: si haberē Appiū. sc3 pulchrū: hoiem cauillosum et cautū: sup. adiutorē aut defensorem: in cuius locum ego suz suffectus. i. substitutus: tñ nō possem sustinere hoc. i. hanc iniquissimam absolutionem: aut expostulationē tā instā in Catiliū agentiū. Ergo sup. inquies qd est. s. reliquū. Ego faciam sedulo. i. sco: sum a dolo diligēter oia q sciā te velle. Sup. Catilius defendit ꝯ actores: a Quinto Volusio discipulo tuo: si forte ea res. i. fama patroni: poterit fugare aduersarios. s. eius: spes est maxie in eo. Tu defendes nos istic i. vbi tu es: hoc est Rome: si qd erit op⁹. Cesar facit mihi adhuc iniuriā de supplicationib⁹ meis et nō referē adhuc. i. nō affert in cōsultatōem senatus: de reb⁹ gestis. s. a me: dalmaticis. i. in dalmatia: q̄si vero non gesserim in dalmatia res iustissimi triumphi. i. triumpho dignissimas. Naz si hoc. i. referre

de rebus meis sit expectandum: dum.i.donec conficiam.i.finiã totũ bellũ vigiti oppida sunt dalmatie antique: que asciuerunt.i.attraxerunt sibi amplius sexaginta sup.oppidis: que dicuntur dalmatia noua: nisi ego expugno.i.capio hec oĩa: supplicationes nõ decernuntur mihi.q.d.id iniquũ esse. Ego sum (si hoc fit) longe alia q: deterior conditione/ac.i.q̃ ceteri imperatores. Uale.

P.Uatinius.M.T.Ciceroni.S.D.

Ego post supplicatiões mihi decretas i dalmatiã pfect⁹ sum: sex oppida vi oppugnãdo cepi: vnũ hoc qđ erat maximum: quater a me iã captũ quattuor.n.turreis: ⁊ quattuor muros cepi ⁊ arcem eorũ totã ex qua me niues: frigora: ĩbres detruserunt: ĩdigneq́ mi Cicero oppidũ captum: ⁊ iã confectuz relinquere sum coactus: quare te rogo si opus erit: ad cesarẽ meam causam agas: neq́ tibi in omneis ptes defendẽdũ putes: hoc existimãs neminẽ te tui amãtiorẽ habere. Uale. Nonis decembrib⁹ Narona.

M.Cic.P.Uatinio Imperatori.S.

Grata tibi esse officia mea nõ miror, cognoui enĩ te gratissimũ omniũ: idq́ nunq̃ destitit predicere. nec.n.tu mihi gratiam modo habuisti: verũetiã cumulatissime retulisti: quãobrẽ reliquis tuis reb⁹ omnibus pari me studio erga te ⁊ eadẽ voluntate cognosces. qđ mihi feminã primariã põpeiaz vxorẽ tuã cõmendas: cũ Sura nr̃o statim tuis lr̃is lectis locutus sum vt ei meis verbis diceret: vt qcqd op⁹ esset mihi denũciaret: ⁊ me omnia que ea vellet: sũmo studio: curaq́ facturũ: itaq́ faciã: eãq́ si opus eẽ videbitur: ipse conueniam. Tu tamen ei velim scribas: vt nullam rem: tam magnam: neq́ tam paruã putet: q̃ mihi aut difficilis: aut par me digna videat. Oĩa q̃ ĩ tuis rebus agã: ⁊ nõ laboriosa mihi ⁊ honesta videbunt. De dionysio (si me amas) confice quancunq́ ei fidem dederis: prestabo. Si

Ego.principiũ est noue eple. Ego sum pfectus in dalmatiã post supplicationes decretas mihi.s.a senatu.ego cepi sex oppida oppugnando sup.ea: vi. Unum sup.oppidũ quod erat maximum: captum sup.est a me iam quater: cepi enim quattuor: turres ⁊ quattuor: muros: ⁊ totam arcem.id est quod dicunt fortelitium eoruz ex qua scz arce niues/frigora: imbres: detruserũt me: ⁊ o mi Cicero coactus sum indigne id est quod indigne fe endum est relinquere oppidum captum: ⁊ iam confectum. Quare rogo te: agas causam meam ad idest apud Cesarem. si sit opus ⁊ putes me defendendum tibi in omnes partes: existimans hoc te: neminem habere amãtiorem tui. Uale. ⁊c.

Grata ⁊c. Nõ respondet superiori eple: sed alteri qua Uatinius egerat Ciceroni gratias p impẽsis benefi ijs pollicet igitur se in officio ⁊ voluntate p mansurũ monetq́ vt vxori scribat eam sibi cõmẽdatissimã eẽ: ⁊ demũ monet vt fugitiuũ persequat Dionysium videlicet. Ordo est. Ego non miror officia mea eẽ grata.i.accepta tibi cognoui enim te gratissimũ sup.eẽ: oĩm.s.hoĩm ⁊ ego nunq̃ destiti p̃dicare id aliter tamẽ Appio scripsit: eni.i.q: tu nec mõ.i.nõ solum habuisti.s.in aĩo: gratiã mihi verum etiã retulisti.i.reddidisti re ipsa: sup.gratiã cumulatissime: quãobrẽ tu cognosces me pari studio ⁊ eadẽ voluntate erga te: sup.in reliquis reb⁹ tuis oĩbus. Qđ.i.q: tu cõmẽdas mihi feminã primariã: Põpeiã.s.noie vxorẽ tuã ⁊ ego locut⁹ sum statim lectis litteris tuis idest postq̃ legerã litteras tuas: cũ Sura nostro.s.familiari vt diceret ei.i.vxori tue: verbis meis i.nomine aut ex mandato meo: vt sup.ipsa denunciaret mihi quicquid opus esset sup. illi ⁊ me facturum sup.eẽ oĩa q̃ ea vellet: summo studio ⁊ cura sup.summa: ⁊ si videbitur opus.i.operepreciũ esse: ego ipse.i.egomet: conueniã eã.i.ibo ad eã. Tñ ego velim sup.vt tu scribas ei: vt nullã rẽ putet neq́ tã magnã neq́ tã paruã: q̃ videatur mihi aut difficilis: si sit sane magna: aut par digna me.i.opera mea si sit nimium parua ⁊ facilis. Oia q̃ agã in tuis rebus videbuntur mihi: ⁊ nõ laboriosa idest

Argumẽtũ eple.

Ordo ĩste

non difficilia nec multi laboris/ et honesta Confice. i. consumma et finē fac de dionysio. s. seruo fugitiuo vt redeat: si amas me quēcūq; fidē dederis ei. i. quicqd ei pmiseris de me (vtpote qꝫ cū non cedat: nec minus amet: aut ppterea vituperet et fil'ia) Ego prestabo. i. exhibebo et seruabo sup.

Cōficere quid sit.

vero improbꝰ fuerit: vt est: duces eū captiuū i triūpho. Dalmatis dij male faciāt: q tibi molesti sūt sed vt scribis: breui capienf: et illustrabūt res tuas gestas. semp eniz habiti sunt bellicosi. Uale.

eam. Si vero fuerit improbus. i. iprobādus et incorrigibilis: vt est: duces eū captiuū in triūpho. Dij male faciāt Dalmatis qui sunt molesti tibi: sed vt scribis. ipsi capienf breui. Ridicula est et assentatoria ipecatio in hostes ppterea qꝫ nō sinūt se capi ad voluntatē hostilis iperatoris cupientis de eis triūphare: et illustrabūt. i. illustriores et clariores facient res tuas gestas: q: quāto victoria fuerit difficilior: et quāto hostis fortior et animosior: tanto corona ac triūphus cōtinget gloriosior: vnde addit: enim. i. q: ipsi. s. dalmate habiti. i. extimati et reputati aut inuenti sunt semp bellicosi. Et eā ob rem dicūt Alexādrū regē noluisse cū amazonibꝰ cōfligere: cū victoria parū honoris vtpote de mulierculis haberet: et fuga eternū dedecꝰ blandif ergo Cicero Uatinio. Imitāda tū est alioqui epistola.

Dalmate pugnantes.

Coram et c. Luciꝰ Lucceius vir dicēdi peritissimus Italici ciuilisq; belli historiā scribebat in qua se facturū mentionē gestorū a Cicerone significauerat: verū cuz Cicero auidissimꝰ esset glorie videretq; Lucceiū rem differre stimulat eū monetq; que et qua forma de se scribi velit: que si Lucceius recusauerit ipse perscripturus sit/ magnorum virorum exemplo. Ordo est. Pudor quidam pene. i. quasi: sub rusticus. i. aliquātum rusticus: et agrestis: rusticis aūt verentur sepe vbi vereri nō debeant/ eo qꝫ nesciūt qū bene faciāt: deterruit me conātē sepe hec eadē agere. i. tractare tecū: corā. i. in psentia: que ego absens exponaz. i. declarabo nunc audacius. Eniz. i. q: epl'a nō erubescit: et ita longe audemus plura scripto qꝫ verbo petere Ego ardeo i. vror/ cupiditate incredibili/ neq; reprehēdēda (vt ego arbitror) quia de re honesta: videlicet: vt nomen nostrum illustretur. i. nobilitetur et clarius fiat et celebref. i. celebre fiat: scriptis tuis. Qd. i. quā rē: etsi. i. qꝫqꝫ: ostēdis mihi sepe te esse facturum: tū velim: sup. vt ignoscas huic festinationi mee. Eniz. i. q: genus scriptorū tuorū: etsi. i. qꝫqꝫ erat semp expectatū. i. optatū a me vehementer: tū vicit i. superauit: opinionē meaz. i. elegantiꝰ et meliꝰ est: qꝫ opinabar: et vel ce pit. i. affecit quasi captiuū: vel incēdit. i d est inflāmauit: me ita: vt cuperē rumores nostros. i. sermones incertorū auctoruz q

Luciꝰ Lucceiꝰ vir dicendi peritissimꝰ.

Ordo lre

M. C. Salutē dicit. L. Lucceio. Qu. Filio.

Coraz me tecū eadē hec agere sepe conantem deterruit pudor qdam pene sub rusticus q̄ nūc exponam absens audaciꝰ. Epistola enī nō erubescit. Ardeo cupiditate incredibili: neq; (vt ego arbitror) repħēdenda: nomē vt nostrū scriptis illustref: et celebref tuis. Quod et si mihi sepe ostēdis te esse facturū: tū ignoscas velim huic festinationi mee. Genꝰ enī scriptorum tuorū, etsi erat semp a me vehemēter expectatū: tamē vicit opinionem meā: meq; ita vel cepit: vl'incendit: vt cuperē qꝫ celeriter rumores nostros monimentis cōmendari tuis. Nō eniz me solū cōmemoratio posteritatis ad spem quādā imortalitatis rapit: sed etiā illa cupiditas: vt vel authoritate testimonij tui: vel iudicio beneuolētie: vel suauitate ingenij viui perfruamur. Neq; tamen hec cum scribebam eram nescius: quantis oneribus pmerere susceptarum rerum: et iam institutarum

Qꝫ cum positiuo rōne.

habentur de rebus a me gestis: cōmendari. i. laudari: aut cōmitti monumētis tuis. i. testimonijs scriptorum tuorū: que legentē moneāt rerū a me gestaz: qꝫ/ pro perqꝫ celeriter. Rarū genus locutiōis: psertim apud Ciceronē: in quo qꝫ pro valde ponatur cū positiuo. nā scdm Uallā dicendū esset qꝫ celerrime nisi fortassis dicas: qꝫ. i. o qꝫtū celeriter: sicut in andria Terentij. Reiecit se in eā flens: qꝫ familiariter. i. o qꝫtū familiariter vt exponit Ualla: cū possit dici qꝫ p pqꝫ positū vt hoc loco. Nō enim solū cōmemoratio posteritatis. i. eoz qui post nr̄az etatē futuri sunt rapit me ad quādā spē imortalitatis. s. fame et nois: sed etiā illa cupiditas vt viui pfruamur auctoritate testimonij tui: vel iudicio beniuolentie scz tue in me: vel suauitate ingenij. s. tui in contexendis historijs: viui inquā. i. tantisper dū viuamus. Nā non dubitatꝰ quin cessante inuidia: vt post obitū inuisorū fieri solet: virtꝰ defunctoz in honore sit. Neq; tamē cū scribebā hec. i. has litteras: erā nescius. i. nō ignorabā: quātis oneribꝰ re-

rum susceptaꝝ.s.a te:vt eas pscribas:τ in debitā formā histoꝛie digeras:τ istitutaꝝ.i.inceptarū iam cū instituere est q̄si a pꝛimoꝛdijs erudire quēq̄ τ inde institutū d: q̄si ꝓpositū τ inceptū.instituta vo moꝛs a pncipio alicui⁹ ciuitatis instituti. Institutiōes āt sunt foꝛme τ rōnes instituendi ac pꝛeceptiones vt Valla obseruauit)tu pꝛemerere.i.q̄si obꝛuereris: hoc est q̄ tc molis sit rez talē perficere.

Institutiones. Instituta.

¶ Sed quia videbam Italici belli τ ciuilis histo riam iam pene ad te esse perfectam: dixeras autē mihi te reliquas res oꝛdiri deesse mihi nolui: qui te admonerez: vt cogitares coniucte ne malles cū ceteris rebus nostra contexere: an vt multi greci fecerunt Calisthenes troicum bellum Thimeus Pyꝛrhi Polybius Numantinum: q omnes a ppetuis suis histoꝛijs ea que dixi bella separauerūt. tu quoq̄ item ciuilem coniurationem ab hostib⁹ externisq̄ bellis seiungeres: equidem ad nostraz laudem non multum video interesse: sed ad pꝛoperationem meam quidam interest: non expectare donec ad locum venias: ac statim causam illam totam τ tempus arripere. Et simul si vno in argumento: vnaq̄ in persona mens tua tota versabit: cerno iaz animo quanto omnia vberioꝛa: atq̄ oꝛnatioꝛa futura sint. Neq̄ tū ignoꝛo q̄ impudēter faciam: qui pꝛimum tibi tantū oneris: imponā: pōt enim mihi denegare occupatio tua: deinde ēt vt oꝛnes me postulem. Quid si illa tibi non tanto pere videntur oꝛnanda. Sed tamen qui semel verecundie fines transierit eum bene τ nauiter opoꝛtet esse impudentem. Itaq̄ te plane etiam atq̄ etiam rogo: vt τ oꝛnes ea vehementius: q̄ foꝛtasse sentis: τ in eo leges histoꝛie negligas: gratiā q̄ illam de qua suauissime quodam in pꝛohemio scripsisti: τ a qua te affici non magis potuisse demonstras q̄ Herculem Xenophoncium illum a voluptate ea si me tibi vehementi⁹ cōmēdabit: ne aspernere amoꝛiq̄ nr̄o plusculū ēt q̄ cōcedit veritas largiare. Qd̄ si te adducem⁹: vt hoc suscipias: erit vt mihi psuadeo materies digna facultate: et copia tua. A pꝛincipio em̄ coniurationis vsq̄ ad reditū nr̄m videt mihi modicū quodam coꝛpus

¶ Sed q: videbam histoꝛiam belli Italici.i.socialis: quod cum Italis a Romanis gestum est: . uilis qd̄ inter ciues Romanos gestū est: d quo Appianus scripsit: eē iam pene.i.quasi pfectā a te: dixeras aūt mihi te velle oꝛdiri.i.ex oꝛdie aggredi aut icipe reliquias res nolui deesse mihi.i. honoꝛi meo: quin admonerē te vt cogitares. ne.s.an malles.i. magis velles contexere i.sub vno filo τ ductu oꝛationis per modū rapsodie cōscribere nostra.i. res a nobis gestas: cū ceteris rebus: an multi greci fecerunt vtpote Calisthenes sup. fecit seoꝛsum bellū troicū. Thime⁹ sup. bellū Pyꝛrhi epirotarū regis cū Tarentinis cōtra Romanos bellū gerentis. Polybius numantinū sup. bellū: q̇ oēs separauerūt ea que dixi bella: a ppetuis.i.continuatis histoꝛijs suis: hoc est ea bella seoꝛsuz scripserunt: τ in Rapsodia alioꝛuz non posuerūt vt nostris tpibus Ant. Sabellicus pꝛeter Rapsodiaz ab oꝛigine mundi scripsit seoꝛsum res venetoꝝ: tu quoq̄.i.ēt: itē simili ter se iungeres.i.segregares: coniurationem ciuilem.s. Catiline τ socioꝝ ab hostibus τ a bellis externis. Equidem.i.ego q̇dem: video interesse.i.referre non multū ad laudē nr̄am.i.q̄tum sit ad laudē nr̄az: sed q̇dā.i.q̄dā certa res: interest ad ꝓperationē meā nō expectare donec.s.scribēdo cetera: venias ad locū vbi ciuilia bella essent scribēda: τ arripere stati cām illam totam.s. suscepti ac oppꝛessi belli ciuilis τ tp̄s.i.quibus consulibus oppꝛessum sit. Et simul.i.pꝛeter ꝓperationem meā: cui sic facilius satis fiat: ego cerno iam aīm (Cernere em̄ ꝓpꝛie ad exterioꝛa ptinet: vnde adiecit animo) quanto omnia futura sint vlterioꝛa atq̄ oꝛnatioꝛa si mens tua versabitur tota in vno argumēto.i.in vna materia: τ in vna persona: significat psonam suam quasi vero collega nihil egerit. Neq̄ tū ignoꝛo q̄.i.q̄tum impudenter faciam: qui pꝛimū imponam tibi tātū oneris: occupatio em̄ tua pōt mihi denegare.s.qd̄ peto: deinde q̇ postulē ēt vt oꝛnes me.i.honoꝛifice de me scribas. Quid supp. dicendum sit: si illa.s.que peto: non videantur tibi oꝛnanda.i.laudibus decoranda: tantopere.s.vt ego postulem. q.d. obmutescendum sit: sed tamen oppoꝛtet cum q̇ transierit semel fines verecūdie.i. que semel inuerecunde egerit aut petierit esse impudentem bene i. multum et nauiter: idest strennue: alioqui ruboꝛe suf

Contexere qd sit.

M. Antoni⁹ Sabellic⁹ qd scripserit

confici posse: in quo et illa poteris uti ciuilium coniurationum sententia: vel in explicandis causis rerum nouarum vel in remedijs incommodorum: cum et reprehendes ea que vituperanda duces et que placebunt exponendis rationibus comprobabis. Et si liberius ut consueuisti. agendum putabis: multorum in nos perfidiam insidias: proditionem notabis. Multam etiam casus nostri tibi varietatem in scribendo suppeditabunt plenam cuiusdam voluptatis que vehementer animos hominum in legendo scripto retinere possit. Nihil enim est aptius ad delectationem lectoris quam temporum varietates fortuneque vicissitudines: que etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt in legendo tamen erunt iucunde. Habet enim preteriti doloris secura recordatio delectationem: ceteris vero nulla perfunctis propria molestia casus alienos sine vllo dolore intuentibus etiam ipsa misericordia est iucunda.

funderetur. Itaque .q.d. quia semel verecundie fines transiui: ego rogo te plane .i. manifeste: et atque et: vt et .i. simul omnes ea .s. que a me gesta sunt: vehementius quam sentis fortasse .s. ornanda esse: et negligas in eo leges hystorie quarum prima est: omnia vere et nihil ad gratiam alicuius dicere. et ne aspernere .i. ne contemnas gratiam illam de qua scripsisti suauissime in quodam prohemio .s. quod multos subuertat et a vero deflectat: a qua demonstras te non potuisse affici .i. moueri a vero magis quam Herculem illum .s. nobilissimum xenophontium .i. de quo scribit xenophon (Quo .s. vt narratur in primo officiorum: Hercules in desertum adductus. vidit duas vias: alteram voluptatis: que amenissima erat: sed mortem habebat in exitu: alteram virtutis que aspera et ardua in principio: immortalitatem promittebat in exitu: grauibus verbis voluptatem increpitans virtutem est complexus) potuisse .s. affici a voluptate: qui nullo modo affici potuit: si ea .s. gratia commendabit me vehementius .s. quam deceat: et largiare .i. indulgeas amori nostro plusculum .i. aliquanto plus et quam veritas concedit. quod si adducemus te .i. persuadebimus tibi: vt suscipias hoc .s. bellum catilinarium perscribendum erit vt persuadeo mihi materies digna facultate .i. facili potestate et copia .i. abundantia tua .s. in scribendo. Enim .i. quia quoddam corpus modicum .i. quoddam volumen aut quendam tractatus per se. verum mihi posse confici .i. compleri a principio coniurationis vsque ad reditum nostrum .s. ab exilio in quo .s. corpore poteris vti et .i. etiam illa sententia ciuilium coniurationum .i. que lata est in coniurationes ciuiles (sunt qui legant scientia .i. cognitione) vel in explicandis causis rerum nouarum .i. cur res innouate sint a coniuratis .s. ob es alienum: vel in remedijs incommodorum que .s. secuta fuissent (repete) explicandis cum et idest simul reprehendas ea que duces .i. existimabis vituperanda: et sup. dum comprobatis explicandis rationibus .i. explicando rationes sup. eorum: que placebunt. Et si putabis agendum liberius vt consueuisti sup. agere in descriptione rerum: tu notabis perfidiam insidias proditionem multorum in nos. Casus etiam nostri .i. varia euenta. aut erunt: suppeditabunt .i. subministrabunt tibi in scribendo varietatem plenam cuiusdam voluptatis: que .s. voluptas possit retinere vehementer animos hominum in legendo scripto .i. eo quod scriptum est. Nihil enim est aptius ad delectationem lectoris quam varietates temporum. et vicissitudines fortune: que .s. vicissitudines. etsi .i. quamquam non fuerunt optabiles nobis experiendo .i. dum eas experiremur: erunt tamen iucunde in legendo .i. dum a nobis legentur. Enim .i. quia recordatio secura .i. sine timore et cura doloris preteriti habet delectationem: vero pro sed: et ipsa misericordia est iucunda ceteris nulla .i. non nulla non perfunctis vlla propria molestia intuentibus .i. dum vident casus alienos sine vllo dolore.

Herculis ad voluptatem verba.

Quem enim nostrum ille moriens apud Mantinam Epaminundas non cum quadam miseratione delectat qui tum denique sibi auelli iubet spiculum posteaquam ei percontanti dictum est clypeum esse saluum: vt etiam in vulneris dolore equo animo cum laude moreretur. Cuius studium in legendo non erectum. Themistoclis fuga redituque retinetur. Etiam ordo ipse annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorum. At viri sepe excellentis ancipites

Epaminundas.

¶ Quem enim. etc. Probat iocundam esse lectionem alienę cladis quem miseria prosequamur exemplo. Epaminunde thebanorum imperatoris fortissimi et philosophi acutissimi qui contra lacedemonios viriliter pugnans letale vulnus accipit: relatusque in castra quesiuit non scutum ademisset hostis: quod vt saluum audiuit et osculatus est ipsum tamquam socium laboris: deinde sciscitando audiens suos vicisse ludens expirauit. Ordo est. Enim .i. quia Epaminundas ille .s. nobilissimus imperator thebanorum moriens apud Mantinam aut vt strabo scribit Mantiniam (Est autem locus vbi plurimum cum lacedemonijs commisit) quem nostrum non delectat cum

varijq; casus habēt admirationem letitiam mo-
lestiā spem timorem. Si vero exitu notabili con
cluduntur: expletur animus: iucundissime lectio
nis voluptate. Quod mihi acciderit aptatius: si
in hac sententia fueris: vt a continentibus tuis
scriptis in quibus perpetuam rerum gestarum
historiam complecteris secernas hanc quasi fabu
lam rerum euentorumq; nostrorum. Habet enī
varios actus: multasq; actiones & consiliorum & tē
porum. Ac non vereor ne assentatiuncula quadā
aucupari tuam gratiam videar: cum hoc demon
strem me a te potissimū ornari: celebrariq; velle.
Neq; enim tuis: quis is nescius: & qui eos magis
qui te non admirenf inuidos: q̄ eos qui laudēt:
assentatores arbitrere. Neq; autem ego sum ita
demens vt me sempiterne glorie per eum commē
dari velim: qui non ipse quoq; in me commendā
do propriam ingenij gloriam consequatur. Neq;
enim Alexander ille gratie causa ab Apelle potis
simum pingi: & a Lysippo fingi volebat: sed q̄ illo
rum artem cum ipsis tum etiam sibi glorie fore
putabat. Atq; illi artifices corporis simulacra
ignotis nota faciebant: que si vel nulla sint nihi-
lo sint tamen obscuriores clari viri. Nec minus
enim est Spartiates Agesilaus ille perhibend?:
qui neq; pictam: neq; fictam imaginem suam
passus est esse: q̄ qui i eo genere laborarunt. Un?
enim Xenophontis libellus in rege laudando
facile omneis imagines hominis: statuasq; su-
perauit. Atq; hoc prestantius mihi fueris: et ad
letitiam animi: et ad memorie dignitatem: si in
tua scripta peruenero: q̄ si in ceterorum q̄ non in
genium mihi solum suppeditatum fuerit tuū: si
cut Timoleonti a Timeo aut ab Herodoto Th-
mistocli: sed etiā authoritas clarissimi & spectatis
simi: & i rep. maximis grauissimisq; causis cogniti
atq; in primis pbati viri: vt mihi nō solū pconiū

quadam miseratione? q.d. nullū non: et
ita vnū quemq; delectat: Qui iubet scili-
cet vt narraf in historijs q̄ rem quasi pre
sentē oculis legentium exibent: vnde pre
sentivtitur tpe: tū deniq; .i. tunc primū:
spiculū idest telū acutū: auelli .s. e corpo
re suo: postea q̄ dictum est ei percontan
ti .i. disquirēti nū clypeus ablatus sit: cly
peum esse saluum ita sup. auelli spiculum
vt etiam moreref in dolore vulneris equo
aio cū laude. Cuius studiū non tenetur
erectū .i. vigilias & attentū in legendo .i.
dum legit historiam Themistoclis ducis
atheniēs. fortissimi cuius adolescētie pri
ma gloria & future imperatorie virtutis
prima indoles apparuit eo prelio quo/
duce Melciade Perse sub Dario rege
victi fusiq; sunt. Deinde dux belli aduer
sus Xerxē factus: non solū patriā sed vni
uersam greciā a barbarorum seruitute li
berauit: vt scribit Justinus lib. ij. Is po-
stea per inuidiam suis ciuibus in exilium
actus: & deinde cum magna oīū letitia re-
uocatus est. Cuius inquā studiū nō tene
tur erectum in legēdo fuga .i. p fugā: & re
ditu i. per reditū honorificum themisto
clis. q.d. nullius non retinetur & ita vniuſ
cuiusq; retinetur: & est aptū exemplum
p fuga redituq; Ciceronis. Etiam ordo
ipē .i. series: annaliū .i. librorū q̄bus singu-
lorum annorum magistratus & gesta per seriē
scribunf. Hoc eñ exigit ordo historie vt
primum gesta scribantur: Poeseos sepe
contra vnde Flaccus. Ordinis hec virtus
erit & venus (aut ego fallor) Ut iā nūc di-
cat iam nunc debentia dici: Pleraq; dif-
ferat & presens in tps omittat .i. vt aliqua
quo or[illegible] gesta sint dicat poeta: aliqua
longe postea idest inuento loco breuiter
narrandi) retinet nos in legendo medio-
criter: quasi enumeratione fastorum .i. libro
rum: in quibus totius anni per ordinē fe
sta cum causis eorum scribunf. Talia eñ p
cuiusq; affectione etvt dicūt deuotione li
benter legunf. At casus ancipites .i. du
bij & varij viri excellētis habēt sepe admi-
rationē: leticiam: molestiā: q; affecti illis
dolem? aduersis legēdis: spē timorē. Ue
ro .i. sed si sup. tales casus cōcludunf exi
tu notabili .i. insigni vt de suo exitu pretē
dit Cicero: sed finalem exitum non vide-
bat hec scribens: animus expletus volu-
ptate lectionis iucundissime. Quod acci
derit mihi idest in historia mea optati?:
si fueris i hac sentētia si secernas .i. sepa
res a scriptis tuis cōtinētibus .i. cōtinua
tis & perpetuo filo currētibus: in quibus
complecteris ppetuā .i. non interruptam
historiā rerū gestarū: hāc q̄si fabulā .i. vt
fabulosā narrationē q̄ a poetis solet iter

Themi stoclis.

Ordo.

qđ cũ in Sigeum venisset Alexãder ab Homero Achilli tributũ esse dixit: sed ẽt graue testimoniũ imptitũ clari hoīs: magniq; videaꝛ. Placet eniꝫ Hector ille mih i. Neuianus: q non tantũ laudari se letatur. sed addit etiã a laudato viro.

Euenta.

sei i ad voluptatẽ legentium: rerũ ⁊ euentoꝝ i. eoꝝ que euenerũt nobis: vt valla notat in singulari d: hic euẽtus. tustui: ī plurali hec euẽta toꝝ: sed ẽt euẽtus legimus: ⁊ euenta sunt sepe q̃ euenerũt: euẽtus est modus eueniẽdi. Eñ. i. q: sup. hec historia nr̃a: hꝫ varios actus. sicut in comedijs q̃nq; solent esse act⁹: q̃ tũc fininuꝛ dũ ꝑsceniũ derelinquiꝛ vacuũ: ⁊ multas actiones. s. in foro habitas: cõsilioꝝ de tpoꝝum. i. ꝑ varietate tpoꝝ: ⁊ q: varios actus hꝫ: hñ quasi fabulaꝫ dixit: Ac nõ vereoꝛ ne videar aucupari. i. captare/ qño aucupes captãt ⁊ iescãt aues suaui aliquo bolo ꝑposito: quadã assentatiũcula. i. leui assentatõe: grãm tuam: cum demonstrẽ hoc vcꝫ me velle ornari ⁊ celebrari potissimũ a te. Neq; eñ tu es is. i. talis: qui. i. vt sis nescius: ⁊ q̃ non arbitrere magꝫ inuidos eos qui non admirenꝛ te: ꝙ assentatores eos qui laudent te. Neq; añt (Valla diceret neq; vero) ego sum ita demens: vt velim me cõmẽdari sempiterne gl'ie ꝑ eum qui nõ consequaꝛ quoq;. i. ẽt ꝑpriam gl'iam ingenij in me cõmendando. i. laudãdo: aut cõmẽdando gl'ie sempiterne. Neq; eñ Alexander ille. s. nobilissimus Macedonũ rex: volebat pingi. s. coloꝛib⁹ in tabella aut peplo seu muro: potissimũ. i. ꝑcipue imo ẽm quosdã solũ: ab Apelle nobilissimo ⁊ artificiosissimo pictore: cã gratie i. beniuolẽtie qua ꝑsequebaꝛ Apellem: ⁊ fingi. i. sculpi aut fundi seu cõflari ⁊ ad viuũ in imagine exprimi a Lysippo optimo plaste ⁊ statuario: repete cã gratie: sed ꝙ putabat artẽ illoꝝ fore glorie. i. ad gl'iã: cũ. s. ita fuerit ꝙ ipis: tñ ẽt sibi vñ Flacc⁹ i epl'is. Edictũ fecit ne q̃s se ꝑter apellẽ. Pingeret/ aut ali⁹ Lysippo duceret ere. Atq; illi artifices faciebãt siml'acra. i. effigies corpis. nota ignotꝫ. i. extnis ⁊ ignorãtibus: q̃. s. simulacra si vel. i. ẽt nulla sint tñ clari viri nihilo. i. ĩ nullo sint obscuriores. Nec ei Agesilaus ille. i. notissimus: spartiates. i. Laccdemonioꝝ rex Sparte genitus: nã lacedemon ⁊ sparta seu sparte vna est ciuitas: ꝓhibẽdus. i. cõmemorãdus est minus q̃ neq; passus ẽst imaginẽ suã eẽ pictã neq; fictã: ꝙ sup. ij qui laborarunt multũ in eo gñe. i. qui se fingi ⁊ pingi anxie curauerũt. Eñ i. q: vnus libellus Xenophontis superauit in eo rege laudando facile oẽs imagines ⁊ statuas hoim qđ poematis tribuit Horatius dicẽs. Neq; eñ ꝑ ahenea signa: ꝙ per vatis opus mores animiq; virorum clarorum apparent. Atq; hoc fuerit mihi prestantius. i. efficacius ⁊ ad leticiam animi. ⁊ ad dignitatem memorie: si ꝑuenero in tua scripta. i. si a te scriptus fuero: ꝙ si sup. ꝑuenero. in ceteroꝝ sup. scripta: ꝙ nõ solũ ingeniũ tuũ fuerit suppeditatũ. i. admĩstratũ ⁊ impẽsuꝫ mihi: sicut ingeniũ suppeditatũ est Timoleonti a timeo: q̃ Timoleontem Corinthiũ virũ lõge clarissimũ vt q̃ patriã tyrãnide ⁊ Siciliã seruitute liberauerit: descripsit aut Themistocli ab Herodoto: q̃ Themistoclem descripsit vult dicere ꝙ non solum historia sua clarior ⁊ nobilior erit ꝙ a tali ingenio ꝑscripta sit: vt historie Themistoclis ⁊ Timoleontis clariores sunt ꝑpter ingenia describentiũ: sed ẽt auctoritas viri clarissimi ⁊ spectatissimi ⁊ cogniti in repu. causis maximis ⁊ grauissimis atq; in primis probati: supp. erit mihi suppeditata: vt non solum preconium. i. buccinatio (qđ. i. quale Alexander. s. magnus cum venisset in Sigeum. i. Sigei maris ꝑmontoriũ vbi erat sepulcrũ Achilis: dixit esse tributũ achilli ab Homero: dixit eñi o felix Achilles cui magni Homeri diuino ingenio ⁊ ore cani contigit:) sed ẽt graue testimonium clari ⁊ magni hominis videaꝛ imptitum. i. impensum mihi. qđ pulcrũ esse docet dicẽs. Placet eñ mihi Hector ille Neuianus. i. qui a Neuio in fabula inducitur: qui non tñ letatur se laudari: sed addidit ẽt a laudato viro: Valla tñ in epistola nuncupatoria elegantiarum dicit. vt ille apud Accium inquit. Gaudeo abs te laudari pater laudato viro: vnde opoꝛtet aut idem ab Accio dictum esse: aut memoriam Valle lapsam: cum Accium pro Neuio citet.

Neq; autem.

Alexãder Apelles. Lysipp⁹

Ignotus

Agesila⁹.

Timeolõ

Alexã. ad sepulcruꝫ Achillis.

Hector Neuianus.

⁋ Quod si a te hoc impetro: non est si qua te res impedierit. (Neq; enĩ fas esse arbitror quicq̃ me rogantẽ abs te non impetrare) cogar fortasse facere qđ nõnulli sepe reprehendunt: scribaꝫ ipse de me multoꝛũ tñ exemplo: ⁊ claroꝝ viroꝛuꝫ. Sed qđ te non fugit: hec sunt in hoc genere vitia: ⁊ verecũdius ipsi de se scribant: necesse est: si quid est laudandum ⁊ preterieant: si quid reprehendendũ est.

⁋ Quod scilicet abs te laudari: si nõ impetro: hoc est si qua. i. aliqua res impedierit te. (Neq; eniꝫ arbitror fas esse me rogantem non impetrare quicq; abs. idest a te) cogar fortasse facere id quod nõnulli reprehendunt sepe: hoc est ipse scribam de me: tñ sup. id faciam exemplo multoꝛũ ⁊ clarorum viroꝝ. Sed (qđ te non fugit. i. qđ bene scis) hec vitia sunt in eo genere. s. se scribentium: ꝙ. s. necesse est: sup. sꝫ vt ipsi scribant verecundius de se/ si qđ est laudandum: ⁊ preterieant siquidem reprehẽdẽdũ. Accidit ẽt vt minor sit fides: ⁊ sup. minor authoritas: ⁊ sup. deniq;: vt multi reprehendant ⁊ dicant ꝑcones. i. commen

Accidit etiã: vt minor sit fides: minor autboritas multi deniq̧ reprebẽdat: ⁊ dicãt verecũdiores eẽ ꝑcones ludorũ gymnicorũ q cum ceteris coronas iposuerũt victorib⁹ eorũq̧ noĩa magna voce ꝓnũciauerunt cũ ipsi ante ludor missionẽ corona donentur: alium preconem adbibeant ne sua voce ipsi se victores esse predicẽt. Hec nos vitare cupimus: et si recipis causam nostram: vitabimus: id q̧ vt facias rogamus. Ac ne forte mirere cur: cũ mibi sepe ostẽderis te accuratissime nr̃or tꝑorũ consilia: atq̧ euentus litteris mandaturum: a te id nunc tantopere: et tam multis verbis petam⁹. Illa nos cupiditas incendit: de qua initio scripsi festinationis ꝙ alacres animo sumus: vt et ceteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscãt ⁊ nosmetipsi viui gloria nostra perfruamur. His de rebus qd actur⁹ sis: si tibi nõ est molestũ rescribas mibi velim. Si enĩ suscipis causam: conficiaꝫ commentarios rerum omnium. Sin autem differs me: in tempus aliud coram tecum loquar: tu interea nõ cessabis: ⁊ ea que babes instituta perpolies nosq̧ diliges. Uale.

datores ⁊ tubicies publicos ludeor gymnicorũ .i. palestritar qui nudi sese exercẽt esse verecũdiores .s. ꝙ rerum suarũ descriptores: q̄ .s. precones gymnici cum .i. postꝙ iposuerũt: ceteris victoribus coronas: ⁊ ꝓnũtiauerũt noĩa eorũ magna voce: cum ipi .s. precones donẽtur scꝫ si bñ functi fuerint officio: corona ante missionẽ .i. dimissionẽ ⁊ cõsummationeꝫ ludorũ: adbibeãt alium ꝑconem ne ipsi predicent. sua voce: se esse victores .s. in officio preconũ. Nos cupimus vitare bec scꝫ vitia seipsos describentiũ: ⁊ vitabimus si recipis causam nostraꝫ .i. aggrederis onus describendi res nr̃as et rogam⁹ vt facias id. Ac ne mirere forte (cur petamus a te id nunc tãtopere ⁊ tam multis verbis: cum ostẽderis mibi sepe te mandaturũ litteris .i. descripturũ accuratissime ꝯsilia tẽporũ nostrorum atq̧ euent⁹ .i. exit⁹ fortuitos (vñ pat⁊ apud Ciceroneꝫ q̧q̧ euent⁹ dici) Rñsio. Illa cupiditas icẽdit nos: de qua scripsi initio .s. epistole vcꝫ festinatiõis ꝙ sum⁹ alacres .i. arrecti ⁊ leti animo / ⁊ vt. ⁊ .i. simul: ceteri cognoscant nos ex libris tuis nobis viuentibus .i. dum adbuc viuemus / ⁊ nosmetipsi viui .i. adbuc viuentes: ꝑfruamur gloria nostra .idest fructũ vltimũ ⁊ voluptatẽ capiamus ex gloria nostra. Veliꝫ sup. vt rescribas mibi: qd acturus sis de bis reb⁹: si nõ est molestũ tibi scꝫ rescribere. Si enĩ suscipis cãꝫ .i. negociũ boc ꝑscribẽdũ: ego ꝯficiã ꝯmẽtarios .i. breniaria ⁊ summaria omniũ reruꝫ scilꝫ a me gestarũ. Sin auteꝫ .i. sꝫ si: differs me .i. voluntatẽ meã aut res meas i aliõ tꝑs ego loq̄r tecũ corã .i. facie ad faciẽ qõ nũc se dixit erubuisse. tu nõ cessab⁹ .i. nõ eris ocio sus iterea: ⁊ ꝑpolitas .i. ad sũmã politionẽ ꝑduces: ea q̄ babes istituta .i. icepta / ⁊ diliges nos. Uale.

Euentus

M. T. C. S. Dicit. L. Luceio. Qu. filio.

Quamꝙ ⁊c. Bellis ciuilibus et Cesaris tyranni de repu. afflicta cũ Cicero mestissim⁹ se in agrum ne talia videret contulisset: scripsit ad eum Lucius consolatorias litteras: quib⁹ nũc Cicero respondens ait se magnum fructum ex illis cepisse et velle acquiescere: et se ad litterarum studia transferre: sicut Luceius monuerat. Ordo est. quãꝙ ipsa consolatio litterarum tuaruꝫ est gratissima mibi / declarat enim summam beneuolentiam coniunctam pari prudentia (vbi gratia ꝑpositiõis abltũs regitur) tñ ego cepi ex lr̃is tuis illũ fructũ vel .i. etiaꝫ maximũ ꝙ cognoui te contẽnentem preclare res bumanas ⁊ paratuꝫ atq̧ armatum optime contra fortunam. Quã laudem sapientie quidem statuo maximam .s. non pendere .i. non esse suspensum ad salutẽ babendã aliũde .s. ꝙ a se: nec bꝛe rõ

Argumentum ep̃le

Quãꝙ ipsa ꝯsolatio litterarũ tuarũ mibi gratissima est: declarat eĩ summã beniuolẽtiã ꝯiunctã pari prudẽtia: tñ illũ fructũ ex tuis litteris vel maximũ cepi: ꝙ te preclare res bũanas cõtemnentẽ: et optime cõtra fortunã paratum armatũq̧ cognoui. Quã eqdẽ laudem sapiẽtie statuo esse maximã: nõ aliũde pẽdere: nec extrinsec⁹ aut bene aut male viuendi suspensas babere rationes. Que cogitatio cũ mibi non omnino excidisset (etei penitus insederat) vi tamẽ tempestatum

Ordo ꝉre

et concursu calamitatũ erat aliquantũ labefacta-
ta atqꝫ conuulsa: cui te opitulari: ⁊ video, ⁊ id fecis-
se etiã proximis litteris: multũqꝫ ꝓfecisse sentio.

nes viuẽdi bene aut male suspẽsas extrinse-
cus. vñ illud ꝑsianũ / nec te quesiueris ex-
tra. Que cogitatio cũ non excidisset mi-
hi omnino. i. cum adhuc in memoria aliq̃-
tenus esset: etem̃. i. q: certe: ipã insederat
i. sedẽ occupauerat penitus. i. penes inte-
riora scꝫ cordis tamen erat labefacta atqꝫ cõuulsa aliquantulũ vi. i. violentia tempestatum idest ma-
lorũ temporũ ⁊ concursu. i. subita accumulatione calamitatũ. Cui sclꝫ cogitationi ego video te opi-
tulari ⁊ sentio te fecisse etiam proximis litteris profecisse multum.

¶ Itaqꝫ hoc sepiꝰ dicẽdũ vbiqꝫ nõ significãdũ so-
lum: sꝫ etiã declarãdũ arbitror: nihil mihi eẽ po-
tuisse tuis lr̃is gratiꝰ. Ad cõsolandũ autẽ cuꝫ illa
valent: q̃ eleganter copiose qꝫ collegisti: tum nihil
plus: q̃ ꝙ firmitudinẽ: grauitatẽqꝫ animi tui ꝑ-
spexi: quã nõ imitari turpissimũ existimo. Itaqꝫ
etiã hoc fortiorẽ me puto q̃ teipsm p̃ceptorẽ forti-
tudinis: ꝙ tu mihi videre spẽ nõnullã habere, hec
aliqñ futura meliora. Casus eñ gladiatorꝫ simili-
tudinesqꝫ hꝫ: tum rationes in ea disputatiõe a te
collecte, vetabãt me reip. penitus diffidere. Itaqꝫ,
alterum minus mirũ, fortiorẽ te esse: cuꝫ aliqd spe-
res, alterum magis mirũ, spe vlla teneri. Quid est
eñ nõ ita affectũ: vt id nõ deletũ: extinctũqꝫ oĩe
esse fatear e: Circunspice oĩa membra reip. que no-
tissima sunt tibi: nullum reperies profecto: qd nõ
fractuꝫ, debilitatũqꝫ sit. Que prosequerer: si aut me-
lius ea viderem: q̃ tu vides: aut cõmemorare pos-
sem sine dolore, q̃ q̃ tuis monitis preceptisqꝫ om-
nis est abijciẽdus dolor. Ergo et domestica fere-
mus vt cẽses: ⁊ publica paulo ẽt fortiꝰ fortasse q̃
tu ipse: q p̃cipis. Te eñ spes aliqua cõsolaꝫ: vt scri-
bis, nos erimꝰ etiã ĩ oĩ desperatiõe fortes: vt tu tñ
idem ⁊ hortaris, ⁊ precipis. Das eniꝫ mihi iucun-
das recordationes conscientie nostre, rerumqꝫ ea-
ruꝫ: quas, te in primis authore gessimus. Presti-
timus eñi patrie non minꝰ certe q̃ debuimus plꝰ
ꝑfecto q̃ est aĩo cuiusq̃ aut ꝯsilio hoĩs postulatũ.
Ignosces mihi de meipso aliqd predicãti. Qua-

¶ Itaqꝫ. i. ⁊ ita ego arbitror: hoc. s. qd
sequitur dicẽdũ sup. eẽ sepiꝰ vbiqꝫ: nõ solũ
significandũ. i. signa indicandũ: sed etiaꝫ
declarandum. i. manifeste exprimendũ: ni-
hil potuisse eẽ gratiꝰ mihi tuis lr̃is. Autẽ
i. sed cũ. s. ita sit / ꝙ illa q̃ collegisti. i. cita-
sti ⁊ adduxisti seu allegasti elegãter ⁊ co-
piose: valẽt ad cõsolandũ. s. me ⁊ quẽlibet
aliũ tñ suppleueriꝰ est: ꝙ nihil plus supp.
valet ad cõsolandũ me: q̃ ꝙ perspexi / fir-
mitudinẽ ⁊ grauitatẽ animi tui: quã. s. fir-
mitudinem animi tui: nõ imitari: ego exi-
stimo sup. esse turpissimũ. Itaqꝫ. i. ⁊ ita /
ego puto me fortiorẽ q̃ teipsum precepto-
rem fortitudinis: hoc. i. in hoc aut ꝓpter
hoc / ꝙ tu videre. i. videris mihi habere nõ-
nullã. i. aliquam spẽ / hec futura. i. vt sint
futura aliqñ. i. aliquo tpe futuro: meliora
s. q̃ nunc sint. Eñ. i. q: casus gladiatorũ.
i. qd adduxisti mihi de casibꝰ gladiatorũ /
quorũ nunc hi nũc illi superiores fiunt. ⁊ he
similitudines: tũ. i. multo magis rationes
collecte. i. allegate: a te in ea disputatiõe:
scilicet de mutatione statuũ etiã reip. ve-
tabãt me diffidere penitꝰ reipu. i. restitu-
tioni eius. Itaqꝫ alterũ scꝫ duorũ que di-
cet: est sup. minus mirũ te fortiorẽ eẽ sup.
tunc: cũ aliquid speres: alterũ sup. est ma-
gis mirũ: videlicet te teneri vlla spe. dico
te fortioreꝫ tunc nõ fortioreꝫ me: q: prius
cõtrarium dixit Cicero vcꝫ se fortiorẽ esse
q̃ lucceiũ p̃ceptorẽ fortitudinis eo ꝙ ipse
nihil: ille aliqd speret: quocirca possit hic
subaudiri me: vt sit: alterũ minus mirũ ẽ
videlicet me fortioreꝫ esse: cum scilicet ita
sit ꝙ tu aliquid speras: ego nihil et hanc
expositionẽ credã esse de mente Cicero-
nis vt infra dicam. Ratio tamen superio-
ris dicti subobscura est. Non enim for-
tior est qui aliquid audet sine spe: sed po-
tius temerarius: sꝫ intelligemus propter
ea Ciceronem censere se fortiorem sine
spe: non ꝙ aliquid tentet aut moliatur
sed ꝙ decreuit infractum animum tenere
⁊ in philosophia in eo attentiꝰ incumbere
ꝙ a foro sine spe reuertendi exclusus sibi
videatur. Probat mirum eẽ Lucceiũ ali-
quid adhuc sperare dicens. Quid enim
est non ita affectũ. i. cõcussum ⁊ saucium
vt nõ fateare id omne esse deletũ ⁊ extin-

rũ eñ tu rerũ cogitatiõe nos leuare egritudĩe voluisti: earũ etiã cõmemoratiõe lenimur. Itaqȝ vt mones quãtũ potero, me ab oib⁹ molestijs: τ angoribus abducã: trãsferãqȝ aĩm ad ea qb⁹ scḋe res ornanť: aduerse adiuuanť: tecũqȝ τ ero tm̃: quãtũ patiať vtriusqȝ etas: τ valetudo: etsi eẽ vna minus poterim⁹ ꝙ volumus: aiorũ tñ ꝯiunctiõe ijsdẽ studijs ita fruemur: vt nũꝙ non vna esse videamur.

membra reip. q̃ notissima sunt: tibi. i. oẽs fauentes reip. τ libertati cõi ciuiũ tu pfecto nullũ. s. mẽbrũ inuenies qḋ nõ sit fractũ τ debilitatũ. Videť nõ debito ordine id quod alterũ icludit ꝑponere: nã dices: si fractũ ergo debilitatũ sȝ norim⁹ fractũ dici qḋ est cõcussum: τ debilitatũ etiam si non sit ruptũ: vt: enei. scḋo fracti aio fatis ꝙ repulsi ductores danauũ: fractũ ergo i. cõcussum τ pro. i. debilitatũ. Que. s. mẽbra: aut q̃ detrimẽta reipu. ego psequerer/ si aut viderem ea meli⁹ ꝙ tu vides ea: aut si possem cõmemorare ea sup. sine dolore: ꝙꝙ omnis dolor est abijciendus tuis preceptis τ monitis. i. ẽm precepta et monita tua. Ergo nos feremus. i. tolerabimus τ patiemur τ i. simul domestica. s. incommoda/ vt censes. i. iudicas ea ferenda: τ. i. simul referemus publica. s. incõmoda aut mala: fortasse etiã fortius ꝙ tu ipe q̃ pcipis. s. ea ferẽda. Eñ i. quia/ aliqua spes ꝯsolatur te: vt scribis: nos erimus fortes etiã in omni desperatiõe: tñ sic erim⁹ fortes: vt tu hortaris τ pcipis. ¶Hinc ptȝ exponendum illud fortiorẽ te esse sic. me eẽ fortiorez te. i. ꝙ tu sis τc.) Tu eñ das mihi iucundas recordatiões conscientie nostre/ τ earum rerũ/ quas gessim⁹ te auctore in primis i. precipuo Nos eñ ꝑstitim⁹ patrie. s. cõseruãde in libertate: certe. i. indubitate nõ min⁹ ꝙ debuimus: τ sup. pfecto plus ꝙ est postulatũ animo aut consilio cuiusꝙ hominis. Tu o Lucei/ ignosces mihi predicanti aliquid de meipso. Enim. i. q: nos lenimur. i. demulcemur τ ꝯsolamur cõmemoratiõe. i. narratione recitatione etiam earum rerum quarũ rerum cogitatiõe tu volu sti leuare. i. liberare aut deonerare nos egritudine. s. animi hoc est ideo dabis veniã ꝑdicãti de me aliquid: q: sicut monuisti vt recordarer a me preclare gesta pro rep. ad leuãdam egritudinẽ animi: sic eorũ ꝑdicatio τ commemoratio lenit dolorẽ aut animum meũ. Itaqȝ (vt mones) adducã me quãtũ potero ab oibus molestijs τ lãgoribus: τ transferam. i. traducã animũ. s. meũ/ ad ea quibus secunde. i. pspere res ornanť: et aduerse sup. res adiuuãtur: non vt maiores fiant: sed vt tolerentur aut minuãtur: hoc est ad philosophiã moralem. τ ero tecum quantum etas vtriusqȝ. s. nostrũ τ valetudo patietur. qnia τ senes τ valetudinarij ambo esse ceperant. Diciť autẽ valetudo. q: secunda pducit quasi a valẽdo: nam a validus fieret validitudo) etsi. ꝙꝙ. poterimus minus esse vna. i. simul: ꝙ volumus: tamẽ tuemur ijsdem studijs cõiunctione animorum ita/ vt nunꝙ non. i. semper videamur esse vna. Vale.

Valetudo.

Fractus.

L. Luceius. Qu. filius. Sa. D. M. Tullio Ciceroni. M. filio.

Si vales bñ ẽ: ego valeo sicut soleo paulo ẽt deteri⁹ ꝙ soleo. Te reqsiui sepi⁹ vt viderẽ Rome: q: postea ñ fuisti ꝙ a me discesseras: mirat⁹ sũ: qḋ itẽ nũc miror. Nõ habeo certũ q̃ te res hinc maxĩe retrahat Si solitudĩe delectare cũ scribas τ aliqd agas eorũ quorũ ꝯsuevisti gaudeo: ne rephẽdo tuũ cõsiliũ: nã nihil isto pt eẽ iucũdi⁹ nõ mõ miseris his tpib⁹ τ luctuosis: sȝ etiã trãqllis τ optatis. ꝑsertĩ vel aĩo defatigato tuo: q nunc requiẽ q̃rit magnis occupatiõib⁹: vel eruditõ: q sp aliqd ex se ꝓmat qḋ alios delectet: teipm̃ laudib⁹ illustret: sin aũt sicut h dũ eras τ lachrymis: ac tristicie tetra

Si vales τc. Hac epistola dicit Luceius se approbare consilium Ciceronis si eo se animo in rus abduxerit vt egendo τ scribendo alios in re litteraria iuuet: sin vt se lachrymis dedat dãnareqȝ ita lugeat casũ reip. q̃si nõ ꝓuiderit futurũ. Preterea docet i utile eẽ lugere τ in merore eẽ/ cũ res imutari nequeãt. Ordo ẽ. Si vales bñ est: Ego valeo sicut soleo: τ etiã paulo. i. modico deteri⁹. i. minus bñ ꝙ soleo. Ego reqsiui sepi⁹ te vt viderẽ τc. Ego miratus suȝ qḋ itẽ. i. sĩr iter miror: nũc te nõ fuisse Rome postea ꝙ discesseras a me. Nõ habeo certũ. i. exploratum aut pspectũ: q̃ res. i. q̃ occasio retrahat te maxie. i. pcipue hic. i. ab vrbe. Si delectare. i. delectaris solitudine/ cũ scribas τ agas aliqd eorũ q̃ consuevisti. s. agere: plurimi tñ textus habẽt quorũ cõsuevisti supple. al. qd agere: sed Huber. legit que gaudeo: neqȝ rephẽdo ꝯsiliũ tuũ: nã nihil potest esse iucũdi⁹ isto scȝ genere vite cũ lr̃is τ musis: nõ mõ his tpibus miseris τ luctuosis: sȝ etiam tranquilis τ optatis: presertim vel animo tuo

Argumẽtuȝ ep̃le.

Ordo lr̃e.

defatigato: q̄ querit nūc magnis occupationibus requiem: vel erudito / q̄ semper promat aliquid ex se: quod delectet alios τ sup. illustret teipm̄ laudib⁹. Sin autem id est sed si: tradidisti te τ lachrymis τ tristitie: sicut dum eras hic. i. Rome doleo q: tu doles τ angere. i. angeris hoc est afficeris angore animi. Si tu ꝯcedis. i. ꝑmittis vt dicam liberius qđ sentimus. s. ego τ reliqui amici tui alioqui numerū mutaret. (Sed dicūt grāmatici licitū eē in p:ia ꝑsona de vno mō singulari mō plurali: mō vtroq̄ nūero loqui: verūtn̄ aptio: est sermo dū nūer⁹ obseruat̄ idē: quocirca multi legūt dicam⁹: sꝫ pōt (vt dixi) de se dicere dicā: τ de se ac alijs sentimus (p̄sertim cū scribat̄ etiā ab illis q̄ dicamus legūt possum non possumus) non possum non accusare te idest quin accusem te. Quid eniꝫ/ principium accusandi sumptum a particula indignatiua tu solus non videbas aperta. i. manifesta τ euidēter futura: q perspicis occultissima. i. abditissima propter acumen scꝫ oculorum tuorum metalium: non enim de exteriore loquitur perspectione. Et sup. tu tam prudens homo

Aduerte grāmaticū dictū.

iuris fallit me: sunt eñ peritiores in legali scientia sup. q̄ ego. Caue dubites illõ s. qõ sequit̄ qn ego faciã oia. s. que restãt adhuc. que existimã .i. iudicem interesse. i. in rervtilitate eẽ tua: aut ẽt te velle: si possim facere vllo mõ. Qõ scribis. i. quãtũ ad id qõ scribis de beneficijs scilicet delatis nõ p te. Solebant eñ imperatores pacta puincia denũciare qui se preclare gessissent in bello: vt a senatu ppl'oq̄ ro. premijs donarent: qõ cũ faciebat impator: dicebat̄ bñficiũ facere: ne ad hoc obligatus putet̄: id añt voluisset Ruffus p se factũ fuisse vñ dicit Cicero: scito tribunos militares & p̄fectos/ & cõtubernales dũtaxat meos esse delatos. i. denũciatos a me: i quo quidem ratio idest supputatio fefellit me: q: debuissem etiam Ruffum & alios denũciasse/ aut ratio. i. opinio: existimabam enim liberũ tp̄s ad deferẽdos. i. denunciãdos eos: dari mihi: postea sum factus certior necesse esse deferri triginta diebus idest intra triginta dies: quib⁹ .i. post quos retulissem rõnes Tu li sane idest valde moleste: illa beneficia. s. denũciandi: nõ esse reseruata potius ambitioni. i. cupiditati honoris: tue q̄ mee: qui scilicet ego nihil vterer ambitione. Tamen res est in integro. i. adhuc sui iuris sine prescriptione tp̄is: de centurionibus & contubernalibus .i. cohabitatoribus tribunoꝝ militariũ. Genus eñ horum beneficioꝝ nõ erat definitũ. i. limitatũ lege. Reliquũ. s. querele tue: est de centum millibus sestertium/ aut de sestertijs cẽties mille (legũt tñ quidã de sestertijs centũ milib⁹ forte signis delusi: cũ scriptũ fuerit. C. M. (Valle enim non videret̄ cõstare ratio congruitatis vt dicatur millibus sestertijs: cũ mille declinatũ sit substantiuũ gt̃m exigẽs. Nisi tñ sunt Liuius & quidam alij non multum differẽter loqui ab eo qõ est in euangelio duodecim milia signati) de quibus memini litteras esse allatas mihi a te. Smyrna idest ex eo oppido in quo tunc eras: litteras dico errati nõ mei sed tui: in quo videbatur esse pctm̃: si mõ erat. s. pctm̃ fratris tui & Tullij qui inter se rõnes supputauerant: sed quõ erit erratũ Ruffi: si fratris & Tullij: nẽpe q̄ Ruffus cui nõ debebat Ciceroni iputabat. Alij legunt erat: vt si non erat mei sed tui: in quo &c. sed Cicero diceret: meum & tuũ &c

Mille declinatum substantiuũ est genitiuũ exigens.

¶ Sed cũ corrigi non posset: q̄ iã depositis rõnibus ex puincia decessim⁹: credo me qdẽ tibi pro animi mei volũtate: proq̄ ea spe facultatũ quam tũ habebam⁹ q̄ hũanissime potuerĩ rescripsisse Sz neq̄ tũ te hũanitate meaꝝ lr̃aꝝ obligatũ puta: neq̄ me tuã hodie ep̄lam de sestertijs cẽtũ sic accepisse: vt hi accipiũt: qbus ep̄le p hec tp̄a moleste sunt. Simul illud cogitare debes: me omnẽ pecuniã: q̃ ad me saluis legib⁹ puenisset Ephesi apud publicanos deposuisse: id fuisse sester. xxij. M. eã oẽm pecuniã Põpeiũ abstulisse: qõ ego siue equo aĩo siue iniquo fero: tu de sester. centum equo aĩo ferre debes: & existiare eo min⁹ ad te vel de tuis cibarijs: vel de mea liberalitate puenisse. q̄ si mihi expẽsa ista sester .c. tulisses: tñ que tua est suauitas: qq̄z in me amor nolles a me hoc tp̄e estimationẽ accipere: nã numeratũ si cuperẽ: non erat: sed hec iocatum me putato: vt ego te existi

¶ Sed cũ id. s. erratũ nõ posset corrigi: q̄. i. q: decessimus ex puincia rõnibus depositis iã. s. apud Laodiceã et Apameã: credo quidẽ rescripsisse tibi q̄. i. q̄tum potui hũanissime pro volũtate .i. bñuolẽtia animi mei & p ea spe facultatũ .i. diuitiarum quam habebamus tum. i. tũc in proprijs diuitijs quas Terentia paulo post dissipauit: Scripsisse añt videt̄ si quid erratum fuerit in publicis rõnibus: id se de proprio repositurũ Sed puta. i. existima te obligatum. i. deuinctũ nõ fuisse: tum. i. tunc humanitate lr̃aꝝ meaꝝ: neq̄ me accepisse hodie ep̄lam. s. tuã: de cẽtũ sestertijs non relatis: sic vt hi quibus ep̄le sunt moleste p hec tp̄a .s. periculosa: accipiũt scz ep̄las hoc est in deteriorẽ ptem simul debes cogitare illud me deposuisse: Ephesi apud publicãos. i. publicoꝝ vectigaliũ redẽptores: oẽm pecuniam que peruenisset ad me. i. ad possessionẽ meã saluis legib⁹: & debes cogitare id. s. pecunie fuisse viginti duo milia sestertiũ: aut bis & vicies mille sestertia (Sũt qui legant solũ modo vigintiduo sestertia: sed quõ diceret eã oẽm pecuniam: & ruffum debere de centum sestertijs equo aĩo ferre: quasi de longe minori summa aut quõ ad imperatorem non nisi. xxij. sestertia ptinerẽt) et Pompeium abstulisse oẽm eã pecuniã qõ siue ego fero equo aĩo siue iniq: tu debes ferre eq̃ aĩo de sestertijs cẽtũ p erro

Terentia ciceronis vxor: magnam sue facultatis partẽ dissipauit.

rem non adductis: et existimare eo minus (quia ablata erat tota pecunia) peruenisse ad te vel de cibarijs tuis id est tibi ab imperatore debitis: vel de liberalitate mea: quam tibi impedissem. quod si tulisses expensa mihi ista centum sestertia. idest si computasses ea tanquam expensa a me recepta: hoc est si ea pro mea exposuisses: et in rationem retulisses: tamen que idest ea est suauitas tua: quicquam idest et qui: hoc est: et his est amor scilicet tuus in me: tu nolles accipere estimationem. i. valorem centum sestertium / a me hoc tempore scilicet tam calamitoso mihi: nam si cuperem numeratum, sup. reddere: non erat. Sed putato me iocatum idest per iocum scripsisse hec vt ego existimo te. s. iocatum. Ego tamen cum tullius scilicet scriba redierit rure: mittam eum ad te: siquid putabis pertinere ad rem idest cōmodum tuum. Nulla causa est cur nō velim hanc epistolam scindi. i. lacerari. Vale.

mo. Ego tamen cum Tullius rure redierit: mittam eum ad te si quid ad rem putabis pertinere. Hanc epistolam cur non scindi velim causa nulla est. Vale.

M. T. C. S. dicit. L. Messino.

Argumentum epistole.

Grate etc. In tumultu bellorum ciuilium cum exercitus esset in aphrica: rebus in potestatem Cesaris Rome redactis Lucius Messinus merore oppresse libertatis secesserat rus: vt interea molestijs vrbanis leuaretur: scripserat autem se Ciceronem videre velle: ad quod Cicero amice rescribit dicens. Littere tue fuerunt mihi grate: ex quibus intellexi: quod etiam arbitrabar sine litteris te affectum esse summa cupiditate videndi mei: quod ego accipio libenter: ita tamen: vt non concedam tibi. i. non vincar a te in consimili cupiditate: vt pote tui viuendi. Nam ita contingant mihi omnia cōia quod opto. i. quod ad rem. spectant quibus nihil gratius Ciceroni esset (vel omnia que opto eueniant mihi ita cōia. i. mediocria: nisi cōmoda legendum putem?: aut priorem rationem amplectendam) vt velim vehementer esse tecum. Ut enim. i. nam (videtur enim vna particula nam vt aliter vacare videretur) cum. i. quamuis esset maior copia et virorum et ciuium bonorum: et hominum iucundorum: et amantium mei. i. qui me amabant: tamen nemo erat: quicum. i. cum quo ego essem libentius quam tecum et pauci sup. erant: quibuscum. i. cum quibus essem eque libenter sup. ac tecum vero. i. sed hoc tempore. cum alij. s. ex amicis interierit alij absint mutati voluntate quia fortunam secuti me diuisfidius. i. ita me hercules iouis filius iu dicet aut mediante fide mea: ego posuerim libentius. i. cum voluptate maiore tecum vnum diem quam hoc omne tempus cum plerisque eorum: quibus cum. i. cum quibus viuo necessario: quia tempori inseruiendum erat: aut quia alios non habebat. Ego enim nolim te existimare solitudinem non esse iucundiorem mihi quam tamen ipsa non licet vti quia sermones eorum qui frequentant domum meam: excepto vno aut ad summum altero. i. secundo hominibus qui rome sunt ego vtor eodem profugio. i. lenimine cu

Ita que idest et ita quia non iubet vsari cum ijs

Grate mihi tue littere fuerunt ex quibus intellexi: quod et iam sine litteris arbitrabar: te summa cupiditate affectum esse videndi mei: quod ego ita libenter accipio: vt tamen tibi non concedam: nam tecum esse ita mihi cōmunia omnia: quod opto contingant vt vehementer velim. Ut enim cum esset maior et virorum et ciuium bonorum: et iucundorum hominum et amantium mei copia: tamen erat nemo: quicum essem libentius: quam tecum: et pauci: quibuscum essem eque libenter: hoc vero tempore: cum alij interierint: alij absint: alij mutati voluntate sint: vnum mediusfidius tecum diem libentius posuerim: quam hoc omne tempus cum plerisque eorum: quibuscum viuo necessario. Nolim enim existimare te: mihi non solitudinem iucundiorem esse: qua tamen ipsa vti non licet: quam sermones eorum qui frequentant domum meam excepto vno aut ad summum altero. Itaque vtor eodem perfugio quo tibi vtendum censeo litterulis nostris preterea etiam conscientia consiliorum meorum. Ego enim is sum quemadmodum tu facillime potes existimare qui nihil vnquam mea potius quam meorum ciuium causa fecerim cui nisi inuidisset is: quem tu nunquam amasti (me enim amabas) et ipse beatus esset et omnes boni.

Uti perfugio quod sit

rarum ad quod profugio quo censeo. i. iudico vtendum tibi: vel litterulis nostris. i. studijs philosophie potissimum que litterulas vocat aut modestie gratia aut quod illis temporibus modica esse permittebantur aut quod plus litterarum censeat in causis forensibus expediendum si liceat. Preterea. i. propter litterulas nostras vtor etiam scilicet ad se dandam animi molestiam conscientia consiliorum meorum. i. eo quod mihi conscius sum nihil cuiquam consuluisse vnde resp. iacturam fecerit. Et econuerso multa multis quod si sequi voluissent resp. adhuc staret. Ego enim sum is quemadmodum tu potes existimare. i. iudicare facillime: qui nihil fecerim vnquam potius causa mea idest proprij cōmodi gratia: quam causa ciuium meorum quod dicit quia consul et imperator iam tum fuerat: aut quia vsitatum est ciuium meorum pro cōciuium dicere. Cui. s. mihi nisi is. s. Clodius (vt opinor potius quam

Cesar) quē tu nunq̄ amasti: amabas eū ... inuidisset: ꝛ pcurasset. s. mittendū in exiliū: ꝛ. i. fil' ipse esset btūs: ꝛ oēs boni. Alij legūt btūs esse ... co ꝙ de Cesare intelligunt: q̄ tunc beat⁹ videbat: et ita nō diceret btūs esset sꝫ esses ... non intelligi manifestū est: nunq̄: enim Cicero apertas inimicitias cum Cesare habuit: quo ... potuit quis (vt etiam plures sup. a vidimus) vtroq̄ꝫ amasse. cum iam dictum sit ideo. Messinum nunq̄ amasse illum ꝙ Ciceronem amabat

¶ Ego sum q nullius viꝫ plus valere volui: q̄ ho nestum ociū idemq̄ꝫ cum illa ipsa arma: q̄ semper timuerā plus posse sensi: q̄ illum cōsensuꝫ bonoꝝ quē ego idem effecerā: q̄uis tota conditione pacem accipere malui q̄ virib⁹ cum valētiore pugnare. Sed ꝛ hec et multa alia corā breui tēpore licebit. Neq̄ꝫ me tñ vlla res alia Rome tenet: nisi expectatio rerum Aphricanarum: videtur eī mihi res in ppinquū adducta discrimē puto aūt mea non nihil interesse: q̄ q̄ idipsum: quid intersit nō sane intelligo: verumtamen quicquid illinc nunciatum sit. non longe abesse velim a consilijs amicorum. Est enim res iam in eum locum adducta vt q̄ q̄ multum intersit inter eorū causas: qui dimicant: tamen inter victorias non multum interfuturum putem. Sed plane animus: qui dubijs rebus forsitan fuerit infirmior: desperatis confirmatus est multum quem etiaꝫ tue superiores litterere confirmarunt: quibus intellixi: q̄ fortiter iniuriam ferres: iuuitq̄ꝫ me tibi cum summam humanitateꝫ: tum etiam litteras tuas profuisse. Uerum enim scribam: teneriore mihi animo videbare: sicut omnes fere: qui vita ingenua in beata: et libera ciuitate viximus. Sed vt illa secunda moderate tulimus: sic hanc non solum aduersam sꝫ etiam funditus euersam fortunam fortiter ferre debemus: vt hoc saltem in maximis malis bonis consequamur, vt mortem quam etiam beati contemnere debebamus: propterea ꝙ nullum sensuꝫ esset habitura: nunc sic affecti non modo contemnere debeamus: sed etiam optare. Tu (si me diligis) fruere isto ocio: tibiq̄ꝫ persuade: preter culpam ac peccatum qua semper carui.

¶ Ego sum sup. is q̄ nulli⁹. i. nō vlli⁹ non voluivim. i. potentiā aut violentiā vllius valere plus q̄ ocium honestum vt est litterarū: idē q̄ꝫ. i. ego idem: cū sensi illa ipa arma. s. Cesaris q̄ timueram semper posse plus q̄ illum consensum bonorū scꝫ ciuiū. quem. s. consensum ego idē effecerā (ꝯuocatis enim senatoribus Cicero ea fundamenta pacis iecerat q̄ nūq̄ interrūpi posse videbātur) malui accipere pacē cōditione q̄uis. i. q̄tūuis torta. i. violenta et iniqua: q̄ pugnare viribus cum valentiore. i. potentiore viribus. (Sunt qui legant tota: vt sit q̄uis tota conditione pacis. i. nihilo detracto de conditionibus pacis q̄s Cesar proposuerit: Sunt etiam qui tum legunt ibi: idemq̄ꝫ tum illa ꝛc. sed plures cum legunt) Sed licebit sup. nobis dicere aut disputare corā. i. i presentia mutua breui tpe idest intra breue tempus hec. s. iam dicta et multa alia. Neq̄ꝫ tamen vlla alia res tenet me Rome: nisi expectatio rerum aphricarum. idest quid Cato et ceteri Pompeiani in Aphrica contra Cesarem fecerint enim. idest quia: res videtur mihi adducta in discrimen. i. periculum propinquum ita vt paucis diebus de summa rerum in Aphrica concertandum sit. Autem idest sed: ego puto nonnihil. i. aliquantulum interesse. i. referre mea scire licet vtra pars victoriam habitura sit: q̄ q̄ non intelligo sane. idest multum quid id ipsum scilicet vtra pars vicerit: intersit. id est discriminis habeat. Uerumtamen q̄cquid nunciatum sit illinc. id est ex aphrica: ego velim non abesse longe a consilijs amicorum. Res enim est adducta in eum locum: vt q̄ q̄ multum intersit. i. differentie sit: inter causas eorum qui dimicant: quia melior est Pōpeianoꝝ causa: tamē putem non multum interfuturū. i. differētie futurum inter victorias. Nam vt sepe alibi testat⁹ ē putauit paulo mitiorē Pōpeianoꝝ fuisse victoriā Sed plane. i. omnino/anim⁹. s. meus q̄ fuerit. i. permittam⁹ vt fuerit: forsitā infirmior: reb⁹ dubijs. i. cū res essent dubie ꝯfirmat⁹ est multuꝫ: rebus despatis: quē sup. aīm: lr̄e tue superiores/cōfirmarūt etiā q̄bus. s. litteris intellexi q̄. i. q̄tum fortiter ferres iniuriam ꝛ iuuit. i. delectauit me cū. s. ita sit ꝙ iuuit me summā hūanitatē tuā pfuisse. i. vtilē fuisse tib: tū etiā sup. iuuit me lr̄as tuas pfuisse tibi, Scribā eī verum. Tu vide

Cicero nunq̄. apertus fuit cesari inimicus.

Cato et Pōpei⁹ ꝯtra Cesarem in aphrica dimicarūt.

bare mihi fuisse aio tenerio:e.i. multuz te nero: aut teneriore ꝙ decuit: sicut fere nos oēs sup. videbamur fuisse: qui viximus vi ta ingenua.i. nulla seruitute notata/in ci uitate beata.i. opulenta ac felici ꝛ libera Sed vt tulim⁹.idest portauimus mode rate.i. temperāter: illa scda.i. pspera ꝛ le ta: sic debemus ferre fortiter hanc fortu nam nō solū aduersam: sꝫ etiā euersaꝫ fū ditus.i. a primis fundamentis: quantum ad libertatem: vt consequamur in maxi mis malis saltem hoc boni vt debeamus nūc affecti sic.s. desperatione salutis: aut libertatis nō modo.i. nō solū cōtēnere sꝫ etiā optare mortem: quā scꝫ mortē nos de bebam⁹ cōtēnere etiam beati.i. cum essemus beati: ppterea ꝙ ipsa nullū sensum esset habitura: qꝺ dicit ꝑm Epicureos quos tū alibi reprehēdit: nisi forte putem⁹ ppterea dicere ꝙ beatis tanta fue rit leticia vt tormēta mortis non sentiāt. Unde nō dicit se in morte aut post mortē nullū sensum ha bituros fuisse: sed mortem ipsam. Tu (si diligis me) fruere isto ocio.i. cape fructū ꝛ voluptatē ex isto ocio qꝺ nactus es: ꝛ persuade tibi/nihil posse accidere aut accedere.i. addi homini qꝺ sit horribile aut pertimescendū: pter culpā ac peccatū qua scꝫ culpa tu caruisti.i. vacuus fuisti ꝛ carebis semp. Ego veniā breui. scꝫ tempore: ad te: si videbitur posse fieri recte: si quid acciderit vt.i. ita vt consilium sit mutandū: ego faciam statim te certiorē. Tu fac sup. vt sis cupidus mei videndi ita vt ne.i. nō mo ueas te istinc idest ab isto loco: valetudine sup. tua ante tam infirma: nisi ꝗ̄sieris prius ex me per lit teras: quid velim te facere.i. vt tu facias. Uelim (vt facis) sup. vt diligas me: ꝛ seruias.i. inseruias va letudini tue ꝛ tranquillitati animi scilicet tui. Uale.

Fruí ocio

sti ꝛ carebis homini accidere nihil posse: quod sit horribile aut [illegible]. Ego si videbit recte fie ri posse ad te veniā breui si qd acciderit vt mutan dū cōsiliū sit: te certiorē faciā statim. Tu ita fac cu pidus mei vidēdi sis: vt istinc te ne moueas tā in firma valitudine: nisi me pri⁹ ꝗ̄sieris p lr̄as: qd te velim facere. Me velim: vt facis: diligas: valetu diniqꝫ tue: et tranquillitati animi seruias.

Uale.

Argumē tuꝫ epl'e.

Etsi ꝛc. Aulus torquat⁹ post pharsalicam cladem se athe nas contulit vt pleriqꝫ alij: interea dū bella adhuc seui rent inter Cesarem et Pō peianos. Eum ergo a merore auocat hac epl'a Cicero dicens Et si ea perturbatio est omnium rerū vt quemqꝫ peniteat ma xime fortūe sue. vt nemo sit quin malit es se vbiuis.i. vbilibet ꝙ ibi: vbi est tamen nō est dubium mihi quin miserrimum sit bo no viro: esse hoc tempore rome: Nam et si quocunqꝫ in loco quisquis est: idem sen sus est esset eadem acerbitas ex interitu rerum publicarū ꝛ suarū.s. priuatim tum ocu.i.i. visus augēt dolorē: q: cogūt.s. nos intueri.i. inspicere: ea ꝗ̄ ceteri audiūt: nec scilicet oculi sinunt.i. permittunt supple nos auertere cogitationem a miserijs.

Quem quam sue fortūe pe nitet.

¶ Quare.i. quamobrē etsi.i. ꝙꝙ. necesse ē angi.i. pmi ꝛ affici vehemēter desiderio multarum rerū. tū libera.i. solue animuꝫ tuum illo dolore quo audio te confici ma xime. scilicet ꝙ non sis Rome. Enim.i. q: et si desideras cum magna molestia.idest magna molestia animi concomittante: tu os.scilicet amicos ꝛ necessarios: ꝛ tua scꝫ bona: tū illa qdem ꝛ ꝗ̄ reqris.i. exigis te nent statū suum.i. sibi debitum: nec tene rēt meli⁹ si tu adesses: nec sunt in vllo pi culo pprio. Nec tu debes cuꝫ cogitas de tuis s. amicis ꝛ rebus: aut postulare. scꝫ a deo fortunā aliquam precipuā idest ex

M. T. C. Epistolarum Familiariū. Liber. vj.

M. Cicero. S. Dicit Aulo quarto.

Etsi ea perturbatio est omnium rerum vt sue quemqꝫ fortune ma xime peniteat: nemoqꝫ sit quin vbiuis: ꝙ vbi est esse malit tamen mihi dubium non est quin hoc tempore bono vi ro Rome esse miserrimum sit. Nam et si quocun qꝫ in loco quisquis est idem est ei sensus: ꝛ eadem acerbitas ex īteritu rerū: ꝛ publicarū ꝛ suarum tū oculi augent dolorē: q ea ꝗ̄ ceteri audiūt: ītueri co gūt: nec auertere a miserijs cogitationē sinunt. Quare et si multarum reruꝫ desiderio te angi ne cesse est tamen illo dolore: quo maxime te confici audio: ꝙ Rome nō sis animum tuū libera. Et si enim cū magna molestia tuos tuaqꝫ desideras: tamē illa quidē ꝛ ꝗ̄ requiris suum statum tenent: nec melius si tu adesses: tenerent nec sunt vllo in proprio periculo. Nec debes tu: cum de tuis

cogitas aut precipuam aliquam fo[rtu]nam postu
lare: aut communem recusare: [Tu]o autem ipso.
Torquate est tuum sic agitare animo: vt non ad
bibeas in consilium cogitationum tuarum despe
rationem aut timorem. Nec enim is: qui in te ad
huc iniustior: q̄ tua dignitas postulabat fuit: nō
magna signa dedit animi erga te mitigati. Nec
tamen is ipse: a quo salus petit̄: hꝫ explicatā aut
exploratam rationem salutis sue. Cunqꝫ omniuꝫ
bellorum exitus incerti sint: ab altera victoria ti
bi periculū nullū esse perspicio: qd quidem seiun
ctū sit ab oīm interitu: ab altera teipꝫ nūq̄ timuis
se certo scio. Reliquū est: vt teipm (qd ego quasi
consolationis loco pono) maxime excruciet: com
mune periculū reip. Cuius tanti mali: q̄uis do
cti viri multas dicāt: tn̄ vereor: ne consolatio vlla
possit vera reperiri: preter illam q̄ tanta est: quātū
in cuiusqꝫ animo roboris est atqꝫ neruoꝝ. Sic ei
bene sentire recteqꝫ facere satis est ad bene beate
qꝫ viuendum: non vereor: ne eum. q se optimoruꝫ
ꝯsilioꝝ cōscientia sustētare possit: miserum esse ne
fas sit dicere. Nec em̄ nos arbitror victorie p̄miis
ductos patriam olim et liberos ⁊ fortunas reli
quisse: sed quoddam nobis officium iustū ⁊ piū:
et debitum reipu. nostreqꝫ dignitati videbatur q
nec cum id faciebamus: tam eramus amētes: vt
explorata nobis esset victoria. Quare si id euenit:
quod ingredientibus nobis in causam proposi
tum fuit accidere posse: non debemus ita cadere
animis: quasi aliquid euenerit qd fieri posse nun
q̄ putaremus. Simus igitur eā mente quā ratio
⁊ veritas prescribit: vt nihil in vita a nobis p̄stā
dum p̄ter culpam putemus eaqꝫ cum careamus
omnia humana placate: ⁊ moderate feramus. At
qꝫ hec eo pertinet oratio: vt perditis rebus omni
bus tamē ipsa virtus se sustentare posse videatur.
Sed si est spes aliqua rebus communibus: ea: tu

cellentē/ aut recusare cōem: scꝫ fortunam
Ant. i. sed: o Torquate: tuū ē. i. officiū tui:
agitare aīo sic de teipso/ vt non adhibeas
in consiliū cogitationū tuarum despera
tionē. s. melioris fortune aliqū habende/
aut timorē. s. de peiore. Nec em̄ is videli
cet Cesar/ qui fuit adhuc iniustior in te:
q̄ dignitas tua postulabat: nō dedit: hoc
est dedit nā ne cū affirmatiua vox ē: ma
gna signa. i. indicia/ animi. s. sui/ mitigati
erga te. Nec tn̄ ipse, videlicet Cesar / a q
salus petitur habet rationē. i. viā et mo
dū salutis sue explicatam. i. promptam/
aut exploratam. i. euidentem: qd paulo
post patuit cum in senatu tribus et vigin
ti vulneribus interemptus est. Cunqꝫ. i.
et cum: exitus omnium bellorum sint in
certi: quia nondum finitum erat bellū ci
uile hoc dicit: ego perspicio. id est intelli
gere: nullum periculum esse tibi ab alte
ra victoria. s. Cesaris/ qui tibi placato est
animo: quidem. i. certe qd periculum sit
seiunctum. i. separatum ab interitu. i. li
bertatis omnium: et certo scio te nunq̄ ti
muisse/ ab altera scilicet victoria: vtpote
Pōpeianorum. Reliquum est i. restat vt
cōmune periculū reip. excruciet maxime
teipsum: qd. s. solū a cōmuni periculo cru
ciari: ego pono quasi loco consolationis.
Cuius tanti mali: q̄uis. i. licet docti viri
videlicet philosophi: aut docti ciues: di
cant multa. s. remedia: aut legamus mul
tas vt sit q̄uis dicant multas sup. conso
lationes ab eo quod sequitur: tn̄ vereor vt
vlla cōsolatio vera possit reperiri hoc est
vereor: nullā verā posse reperiri (Idem ei
efficit verbū vereor: cum negatione ⁊ sine
ea) preter illam. s. cōsolationē q̄ est tanta
quantū roboris. i. fortitudinis atqꝫ ner
uorū. i. idest viriū firmatū est in aīo cuiusqꝫ.
Si enim sentire bene et facere recte est.
satis ad viuendū bene ⁊ beate s̄m stoicos
qui in virtute beatitudinem ponunt: non
vereor: ne nefas sit dicere euꝫ esse miserū/
qui possit sustentare sese conscientia. s. eo
q̄ sibi conscius est optimoꝝ cōsilioꝝ. Nec
ei arbitror nos ductos. i. inductos/ p̄miis
victorie. i. q̄ victoria talis afferre solet reli
quisse olim. i. dum Pompeium secuti su
mus: patriam ⁊ liberos ⁊ fortunas. i. diui
tias. sed videbat̄ nobis quoddā officium
iustum ⁊ pium et debitū reip. ⁊ dignitati
nostre: qui nec cum faciebam⁹ id. i. cum de
relinquebamus nostros ⁊ nostra: eramus
tam amētes. i. insani: vt victoria esset. i. re
putaretur nobis explorata. i. certa. Qua
re si id qd propositū fuit posse accidere
nobis ingredientibus causam. i. quod vi
debamus ante oculos: hoc est Cesarem

Vereor verbū si ne nega tiones ha beat sine non idem notat.

victorē fore:euenit:nos non debemus cadere animis ita :quasi aliquid euenerit/ qđ putaremꝰ nūq̄ posse fieri. Igit̄ simꝰ ea mēte.i.habeamꝰ eam mentē quā ratio ⁊ veritas prescribit.i.statuit nobis vt putemus.i.existimemꝰ nihil prestādū.i. emēdandū a nobis invita.s.ista.i. eorum q̄ cōtingunt vita nr̄a durante:p̄ter culpā scilꝫ nostrā ⁊ cum careamꝰ ea.s.culpa. (Ergo caremꝰ etiā ijs q̄ habere nolimꝰ) feramꝰ oia hūana.i.que omni hoī accidere pñt incommoda:placate ⁊ moderate. Atq; hec oratio.scilicet mea ꝑtinet eo.i.ad id: vt ꝑditis omnibus rebꝰ.i.lꝫ oēs res sint perdite:tamen ipsa virtꝰ videat̄ posse sustētare sese. Sed si aliqua spes est rebꝰ.i.de rebus cōibus:tu nō debes carere ea.s.spe:quicunq; statꝰ est futurus. Atq; veniebat mihi scribenti hec:in mētem.i.cogitationē:me esse eum cuius desperatiōeʒ tu solitus esses accusare:quēq;.i.⁊ quē (Sūt enim due partes) tu solitꝰ esses excitare tua auctoritate/cunctantem.i.hesitantem:⁊ diffidentē.i.quasi desperātē de repu. Quoquidē tpe.s.quo tu me accusabas sic ⁊ excitabas:ego non improbabā causaʒ nr̄am q̄ semꝑ iusta visa est:sed cōsiliū sup.nostrū q: dixi nos male ꝯsultos esse q̄ tāte Cesaris potētie obuersaremur:cū tñ iustissima esset ratio belli contra eum:vnde addit dicti sui rōnē dicēs:eñ.i.q:ego videbā.i.intelligebā nos aduersari sero.i.minus tarde:ijs armis q̄ erant cōfirmata per nosmetipsos multo añ:q:tūc cū Cesari decretū est imperium in gallia:⁊ dolebā deceptari de iure publico.i.de principatu Romano:pilis.i.telis longis romanorum proprijs:et gladijs:non consilijs neq; auctoritatibus nostris.

Careo.

Cūctare qđ denotet.

quicūq; sta[t]ꝰ est futurꝰ:carere nō debes. Atq; hec mihi scribēti [ve]niebat in mētē:me eē eū cuius desperationē accusare solitꝰ esses: quēq; authoritate tua cūctantē:⁊ diffidētē excitare. Quoquidem tpe nō ego causam nostrā ſ; cōsiliū improbabā: Sero eñ nos ijs armis aduersari videbā: q̄ multo ante cōfirmata per nosmetipsos erant:dolebā q; pilis:⁊ gladijs:non consilijs :neq; authoritatibus nostris de iure publico deceptari.

¶ Neq; ego cū dicebam ea fore.i futura esse ⁊ dimittere q̄ facta sunt videlicet nūc diuinabā.i.quasi diuino inflatꝰ spū ꝑdicebā futura:sed timebā ne id accideret: qđ videbā ⁊.i.simul:posse fieri:et fore exitiosum.i.perniciosum :si euenisset ꝑsertiʒ cū si promittendū eēt mihi alterutrū. i. alterū duorū de euētu atq; exitu rerū :posseʒ ꝓmittere exploratius.i.certiꝰ id qđ euenit:videlꝫ Cesarem victurū in conflictu pharsalico aut simili si cōtigisset cōfligere cū pompeianis. Nos eni q̄ Pompeiū secuti sumus:prestabamꝰ.i. meliores eramus his.i.hmōi rebus q̄ non prodeūt in aciem.i.contra armatam manum hostiuʒ autem . i .sed:nos eramus inferiores vsu armorū:⁊ robore militū. Sꝫ q̄so tu adhibe nunc illuʒ animum/ quo censebas me oportere eē tūc. Ego scripsi hec eo . idest propterea et Philargyrus (nomē est liberti ipsiꝰ torquati:qn̄ autē appellatiuū est dicitur amator argenti:hoc est auarꝰ) tuus.s.libertꝰ. narrauit mihi requirenti omnia de te narrauit dico aīo fidelissimo: vt q̄dē visus est mihi.s.narrare(q: fraus interdū occulit̄)te solere esse iterdū sollicitū vehemētiꝰ.i.vehemēter aut vehemētiꝰ q̄ deceat qđ non deberes facere:nec dubitare q̄n sis futurus sup.is q̄ debes eē aliqua rep.s.futura:aut rep.sup.ꝑdita .i. si sit perdita:futurꝰ sis cōditiōne.i statu vite:non afflictiore q̄ ceteri. Uero.i.sed tu debes ferre hoc tp̄s quo nos oēs sumꝰ exanimati.i.priuati animo ⁊ suspēsi idest stu

Presto qđ notet.

Fraus interdū nō videtur.

¶ Neq; ego ea que facta sunt fore cum dicebam diuinabā futura:ſ; quod et fieri posse ⁊ exitiosuʒ fore:si euenisset: videbā id ne accideret timebam. presertim cum si mihi alterutrum de euentu atq; exitu rerum promittendum esset:id futurum qđ euenit exploratius possem promittere. His eniʒ rebus prestabamus q̄ non prodeunt in aciem vsu autem armorū et militum robore inferiores eramus. Sed tu illū animū nūc adhibe q̄so quo me tunc esse oportere censebas. Hec ego scripsi q; mihi Philargyrus tuus oia de te requirēti fidelissimo animo vt mihi quideʒ visus est narrauit te interdum sollicitū solere esse vehementius: quod facere nō deberes:nec dubitare quin aut aliqua repu. sis futurꝰ qui esse debes aut perdita non afflictiore cōditione q̄ ceteri. Hoc vero tempus quo exanimati omnes:⁊ suspensi sumus:hoc moderatiore aīo ferre debes q; et in ea vrbe es: vbi nata et alita est ratio: ac moderatio vite: et habes Seruium Sulpitiuʒ: quē semp vnice dilexisti qui te p

fecto τ beneuolentia: τ sapientia consolatur: cuius si essemus τ authoritatem: τ consilium secuti: togati potius potentiam q̄ armati victoriaʒ subissemus. Sed hec longiora fortasse fuerunt q̄ necesse fuit: illa que maiora sunt: breuius exponam. Ego habeo cui plus: quā tibi debeam neminē: quibus tantum debeam quātum tu intelligis: eos mihi huius belli casus eripuit: qui sim autē hoc tempore intelligo sed quia nemo est taʒ afflictus: qui si nihil aliud studeat: nisi id quod agit: nō possit nauare aliquid: τ efficere. omne meum consiliū operam studium: certe velim existimes tibi: tuisq̄ liberis esse debitum. Uale.

pefacti: animo moderatiore: scʒ q̄ reliqui hoc idest propter hoc: q̄ idest quia: tu es τ .i. simul in ea vrbe: scʒ atthenienfi: vbi ratio τ moderatio vite: est nata τ alita. idest nutrita: τ idest simul habes Seruium Sulpitium / quem dilexisti semper vnice qui profecto consolatur te τ beniuolentia τ sapientia: cuius si nos essemus secuti auctoritatem τ consilium: nos subissemus potius togati idest in pace potentiā quā armati victoriam. Sed hec scʒ consolatoria verba: fuerunt fortasse longiora q̄ fuit necesse. ego exponam breuius illa q̄ sunt maiora. Ego neminem habeo cui debeam plus q̄ tibi: τ casus belli eripuit mihi eos / quibus debeam scʒ si viuant: tantum quantum tu intelligis. autem idest sed ego intelligo qui idest qualis τ quam miser sim hoc tempore: sed quia nemo est tam afflictus qui si nihil studeat aliud q̄ id quod agit (vbi studeo cum accusatiuo construitur) non possit τ ita quilibet possit nauare τ efficere aliquid: scʒ aduersus Cesarem: ego velim supple: vt existimes omne consiliū meum: operam scilicet meam omnem / certe: idest haud dubie: studium sup. meum omne esse debituʒ tibi τ liberis tuis. Uale.

Studeo cū accusatiuo.

Marcus Cicero Antonio Torquato. Salutem dicit Plurimam.

Peto a te: ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere q̄ soleaʒ: sʒ aut grauitate valetudinis: qua tamē iam paululū videor leuari: aut q̄ absim ab vrbe: vt q ad te proficiscantur scire non possim. Quare velim ita statutum habeas me tui memoriam summa cum beneuolentia tenere: tuaq̄ omneis res non minori mihi cure quā meas esse. Quod in maiore varietate versata est adhuc tua causa quam homines aut volebant: aut opinabantur: mihi crede: non est pro malis temporum quod moleste feras Necesse est enim aut armis vrgeri rempubli. sempiternis: aut ijs positis recreari aliquādo: aut funditus interire. Si arma valebunt nec eos: a quibus recesseris vereri debes: nec eos quos adiuuisti. Si armis aut cōditione positis aut defati

Peto. Argumētū ē quale superioris epl'e. Adducit enī cice. multas rōnes: q̄bus pbat nihil eē qđ torquat⁹ merito moleste ferat: q̄ nō sit adhuc consecutus id qđ volebat. τ q̄ cā ei⁹ sit obuersata in maiore varietate q̄ quis opinat⁹ eēt Purgat aūt i principio q̄ raro ad eū scripserat dicēs peto a te ne putes me scribere ad te rarius q̄ soleā: obliuiōe .i. pp obliuionē tui: sʒ aut grauitate valetudinis .i. egritudinis: qua tū ego videor leuari. liberari iā paululū .i. modicuʒ: aut modicule aut sup. iō: q̄ absim ab vrbe vt nō possim scire q̄ pficiscant ad te .s. athenas Quare ego velim vt sup. hēas statutū .i. ɔstitutū τ firmatū: me tenere memoriā tui cuʒ beniuolētia sūma .i. maxia τ oēs res tuas esse mihi nō minori cure: q̄ meas .s. res q̄ .s. vt scribis: cā tua v̄sata est adhuc ī maiore varietate q̄ hoies aut volebāt aut opīabant: crede mihi nō est sup. aliqd tibi pro malis .i. ฿m mala tēpoꝝ: qđ feras .i. ferre debeas moleste. Necesse est eni aut rēp. vrgeri armis sempiternis aut rēp. recreari aliqñ: his scʒ armis positis .i. depositis: aut sup. cā interire funditus .i. a fundo vel ad fundū vsq̄. Si arma valebunt nec debes vereri eos .s. Cesarem τ Cesarianos: a quibus recesseris: nec eos quos adiuuisti vcʒ Pōpeianos si aut armis positis idest depositis cōditione .i. pactione: aut abiectis defatigatione: aut detractis victoria. Scilicet alterius partis: ciuitas

Argumētū epl'e.

Ordo lr̄e

scꝫ Romana:respirauerit:licebit tibi frui z dignitate tua z fortunis tuis. Si omnia scꝫ reipu.iura:interierint oino.i. ex omni parte:z is exitus scꝫ bellorum fuerit:quē Marcus Antonius orator insignis q̄ fuit auus illius Marci Antonij qui triumuir Ciceronem postea proscribendū curauit z proscriptum comprehendendū ac trucidandum:precipue ob philippicas orationes in eum scriptas. vir prudentissimus timebat iam tum idest tunc cum suspicabatur tantum malorum instare. Consolatio illa est quidem misera:presertim talia ciui z viro:sed tamē necessaria:videlicet nihil esse dolendū cuiꝙ precipue.i.singulariter /aut peculiariter in eo quod accidat vniuersis.

Marcus antonius auus marci antoni. triūuir in quē Cicero philippicas scripsit.

gatione ab[...]tis:aut victoria detractis ciuitas respirauerit:[...]dignitate tua frui tibi z fortunis licebit. Si oia [...]iteri erit oia fueritꝙ is exit⁹ quē vir prudētissim⁹. M. Antoni⁹ iā tū timebat:cū tm̄ instare maloꝝ suspicabat̄:misera ē illa qdē ꝯsolatio tali presertim ciui:z viro sꝫ tū̄ necessaria nihil esse precipue cui ꝙ dolēdū in eo qd accidat vniuersis.

¶ Que vis zc. Si tu attēdes qd facis:q̄ vis sit in his paucis.s. primo loco iaꝫ habitis:pauca aūt ideo scripsit enim.i.quia plura non erant committenda epistole: que breuitate gaudet:tu profecto intelliges etiam sine litteris meis te habere aliquid:quod speres.idest sperare possis. z nihil sup.habere:quod timeas idest timere debeas:aut hoc aut aliquo statu reip. sup.extante Si omnia interierint:cuꝫ ne velis quidem si liceat te esse superstitem idest super victurum reipu.intelliges supple fortunam esse ferendam presertim q̄ absit a culpa. Sed hec supple scripta sint hactenus. Velim supple vt tu scribas ad me quid agas:z vbi sis futurus:vt possiꝫ scire aut quo scribam: aut quo veniam. Vale.

¶ Que vis īsit in his paucis verbis(plura enī cōmittenda epistole nō erāt)si attēdes qd facis:profecto eam sine meis litteris intelliges: te aliquid habere qd speres:nihil quod aut hoc aut aliquo reipu.statu timeas:oia si interierint:cuꝫ superstitem te esse reipu.ne si liceat quidem velis:ferendā esse fortunam presertim que absit a culpa. Sꝫ hec hactenus. Tu velim scribas ad me quid agas et vbi futurus sis:vt aut quo scribam:aut quo veniam scire possim. Vale.

Superiorib⁹ lr̄is zc. Hec epistola inquit Hubertinus:videtur preponenda superiori:quia scripta videt̄ post primam in qua cicero mlta adduxit ad consolandum Torquatum :propter que dicit se nunc breuiorē debere esse. Consolatur tū̄ eū etiam hac epistola:quātū potest:licet dicat Torquatū esse in ea vrbe vt pote Athenieñ. vbi vel ipsi parietes ornatius ꝙ Cicero ipse loqui possint. Ordo ē Ego fui longior.s.ꝙ decuit aut aliquātulum longius superioribus litteris quarū initium est. Et si ea perturbatio zc. adductus scꝫ ad hoc magis beniuolentia : ꝙ ꝙ res idest necessitas postularet ita. Neꝙ enim virtus tua egebat confirmatione nostra:neꝙ ea.i.talis erat cā mea atꝙ fortuna vt cui ipsi oia deessent cōfirmarem alterum. Debeo:itē.i.similiter eē breuior hoc tempore:enim.i.q: siue nihil opus fuit tum idest tunc tā multis verbis nihilo.idest in nullo est nunc magis opus s.tam multis verbis:tū̄.i.tunc illud scilꝫ quod tunc scripsit:satis est presertim cuꝫ

Atheniēsiū laus.

M. Cice. S. D. Aulo Torquato.

Superiorib⁹ litteris beniuolentia magis adductus ꝙ ꝙ res ita postularet:fui longior. Neꝙ enī cōfirmatione nostra egebat virtus tua:neꝙ erat ea mea causa : atꝙ fortuna vt cui ipsi omnia deessent: alterum confirmarem. Hoc item tempore breuior esse debeo: siue enim tum nihil opus fuit tam multis verbis nihilo magis nunc opus est:siue tum opus fuit illud satis est:presertim cum accesserit nihil noui Nam z si quotidie aliquid audimus earum rerū quas ad te pferri existimo:sūma tū̄ eadē est z idē exitus:quē ego tam video aio ꝙ ea que oculis cernimus. Nec vero quicꝙ video qd non idē te videre certo scio. Nā z si quē exitū acies habitura sit, diuinare nemo pōt:tū̄ z belli exitū video: z si id

minus,hoc quidē certe:cū sit necesse alterutrū vincere qualis futura sit vel hec:vel illa victoria. Idq̄ cum optime perspexi tale video:nihil vt mali videatur esse futuruʒ:si id vel ante ceciderit: qđ vl' maxime ad timorē ꝓponitur. Ita eni viuere,vt tuʒ sit viuēdū:miserrimū est,mori aūt nemo sapiens miserū dixit:ne beato quidem. Sed in ea es vrbe:in qua hec vel plura ꝛ ornatiora parietes ipsi loqui posse videantur. Ego tibi hoc ꝯfirmo:ꝛ si leuis est cōsolatio ex miserijs alioꝝ:nihilo te nūc maiore in discrimine esse,q̄ quēuis:aut eoꝝ q discesserunt,aut eorū qui remāserūt,alteri dimicāt:alteri victorē timēt. Sed hec cōsolatio leuis est: illa grauior:qua te vti spero,ego certe vtor: nec enī dum ero angar vlla re:cū oī vacē culpa:ꝛ si nō ero:sensu omnino carebo:sed rursus

q ad te hec. Mihi tu:tui:tua oia maxie cure sunt ꝛ dum viuam erunt. Uale.

nihil noui acciderit. Nam etsi.i.q̄q̄. nos audiuimus quotidie.i.singulis dieb⁹ aliquid eaꝝ reꝝ quas ego existimo perferri i.cōplete nunciari ad te:tū summa.i. finalis snia ꝛ cōclusio de statu reipu.est eadē ꝛ exitus est idē.i.ad eūdē f.nē oia tēdunt quē scʒ exitū.ego video aio tā.i.tā perfecte ꝛ euidēter hoc ē perspicio futurū:quā i.quātū perfecte sup.video aut vidimus ea que cernimus oculis.s.exteriorib⁹. Ex hoc loco traxerūt quidā differentiā inter cerno ꝛ video:dicentes cernere ad oculos exteriores:videre etiā ad iteriores ꝑtinere. Nec ꝟo video quicq̄ qđ nō scio certo: idest ꝑ certo te videre idē. Nā etsi nemo pōt diuinare quē exitū acies.i.conflictus duarū acierū sit habitura.s. in philippis campo pharsalie:tū video ꝛ.i.simul exitū belli.i.id qđ bellū sequet̄ vtpote oppssio nē reipu.ꝛ si sup.video min⁹.i.nō satiscla rend scʒ qđ dictū est:hoc ē exitū belli : cer te video quidē.i.saltē hos.s.cū sit necesse alterutrū.i.vnū duoꝝ aut Cesarem aut Pompeianos:vincere video sup.qualis victoria vel hec.s. Pōpeianorū.vel illa.s. Cesaris sit futura.q.d.cū amissione libertatis cū vtriq̄ velint opprimere aduersarios suos. Et cū.i.postq̄ ꝓspexi:id.s.qualis futura sit victoria :optime.i. perfectissime:ego video sup.ipsum tale:vt nihil .i. nō aliquid:vt aliquid mali nō videat̄ futurū:si vel.s.ēt id qđ ꝓponit̄.s.nobis ab inimicis:vel.i.etiā maxie:ad timorē.i.ad incutiendū nobis timorē:hoc est mori aut occidi:ceciderit ante.s.ꝑfectā alterutri⁹ victoriā:Eniʒ.i.q: viuere ita.i.in seruitute quadā publica:vt.i.qualiter viuendū sit tunc.s.post alterutriusvictoriā est miserrimū:aūt.i. sed nemo sapiens dixit aut duxit mori miserū(. Unde maro. Usqueadeo ne mori miserū est?) ne q̄dē.i.nō saltē beato:hoc est cū(vt Flaccus dicit) Mors vltima linea rerū sit ꝛ ita finis maloꝝ saltem hui⁹ mūdi:ita videtur mors miseris optāda beatis fugiēda.) Unde Boeti⁹ mortē censet felicē q̄ se nec dulcib⁹ annis inserit:ꝛ mestis sepe vocata venit)tamē sapiētes ne beato q̄dē miserū putāt mortē interuenire:cū sit ineuitabilis:ꝛ citra culpā nostrā:ob culpā tū primi parētis accidere possit.verū Christianis placet qđ dicit̄ ꝑciosa in cōspectu domini mors sanctoꝝ eius. Et beati q in dño moriuntur:ꝛ cōtra. Mors peccatoꝝ pessima:sed reuertamur ad ordinē. Sed tu es in ea vrbe.s. Athenensi in qua ipsi parietes videant̄ posse(propter frequētē lectionē philosophie. Uñ Iuuenalis simili hyperbole vtitur satira pria. Frontonis platani cōuulsaq̄ marmora clamāt. Semp ꝛ assiduo rapte lectore colūne)loqui hec vel plura ꝛ ornatiora. Ego cōfirmo tibi hoc etsi.i.q̄q̄ consolatio ex miserijs alioꝝ est leuis.i.modici ponderis momēti)q: licet solatiū est miserissociū habere in penis:tū nō minus crucianṫ:qui cū multis crucianṫ q̄ si soli essent(te nihilo.i.nullo mō:esse nunc in discrimine.idē i periculo maiore: q̄ quēuis aut eorū qui discesserunt.s.ab vrbe:aut eoruʒ qui remanserunt. Alteri scʒ qui recesserunt ab vrbe secuti alterutrum ducem:dimicant.i.certant:pro victoria ꝛ ita in periculo vite sunt alter: scʒ.qui remanserunt tanq̄ neutrius factionē opprobrantes timent victorem.s. taʒ Cesarem q̄ Pompeium. Sed (vt iam dictum est)hec.i. huiusmodi cōsolatio est leuis.i. modici momenti:illa scʒ quā dicet:est sup.grauior:.i.maioris ponderis:qua.s.ꝯsolatiōe ego spero te vti ego certe vto: sup.ea. Nec enim angar vlla re dū.i.donec aut q̄diu ero.s.in hac vita:rerū. vacē.i.vacu⁹ꝛ purus sim:oī culpa:ꝛ si nō ero.s.in hoc mūdo:carebo oīno sensu.i.perceptione earū rerū que hic gerentur. Est ergo magni momenti cōsolatio:qua dilēmate quodā cōuincit virū bonū ꝛ sapientē nō debere angi pro rebus que hic accidant. Nam aut interierit malis huius vite aut nō sit itererit nō augeṫ eis que citra culpam suam contigerunt:vt mala belli ciuilis cuius Cicero neutri fuerat author: aut non interierit:ꝛ ita :non sentiet:saltem cum dolore cum fine culpa sua contigerint:videtur,tamen epicurice innuere:nullum manere post mortem in homie sensum;cuius contrariuʒ alibi docet. Sed rursus sup.mitto i.noctuas i.ad i.eis athenas vbi maxima vis

Cerno ꝛ video q̄l'r iter se discrepent.

Philippi cāpus pharsalie

Uergili⁹ horatius Boetius.

Hyperbole Iuuenalis Miseroꝝ ū solamē ē socios penarū habere.

Glaucas eis athenas.

noctuaꝝ est. hoc ē prudentiorē me doceo: q̄si sus mineruā: q̄ sc3 scribo hec ad te. s. hominē tā3 doctū tu tui: ꝛ tua oīa sunt mihi cure: ꝛ erunt donec. i. q̄diu viuā. Est aūt zeugma ab inferiori: nam per conceptionem diceret estis ꝛ eritis.

zeugma.

Nihil quod ad te scriberem ꝛc. Cōsimili fere argumēto cū superioribus ostēdit Cicero magnum impendere periculum ex bellis ciuilibus siue Pompeiani siue Cesar victor futurus sit. Deinde cōsolatur Torquatū fere hisdē rōnibus: quibus in superioribus ꝛ precipue in prima epistola.

Argumētū ep̄le.

Ordo lr̄e

Ordo est. Nihil noui erat sup. mihi quod scriberē ad te. ꝛ tm̄ si q̄d sup. noui eēt: sciebā te solere fieri certiorē. i. te edoceri a tuis. s. familiaribus ꝛ necessarijs. Autē. i. s3 ꝛ si. i. q̄uis dicere de rebus futuris est semper difficile: presertim de contingentibus qualis est exitus belli ad quē fortuna mltum pōt: tm̄ tu possis. i. q̄libet possit accedere. s. ad verā cognitionē ꝓpius. i. aliq̄ntulum aut multum ꝓpe: cōiectura. i. ꝑ cōiecturam: tūc sup. cū. i. qn̄ res est hmōi cuius. i. vt eius exitus possit ꝓuideri. Nos videmur nunc intelligere tm̄ bellum non diuturnum sup. futurum: etsi. i. licet: id ipsum: scilicet bellum non futurum diuturnum: videatur nonnullis. i. aliquibus aut quibusdā: secus. i. aliter: hoc est ꝛ si videatur quibusdam diuturnū fore (vbi ꝛ si cōstruitur cum subiūctiuo verbo) Equidē i. ego quidem: cum. i. quando scribebam hec putabam iam aliquid. s. de bello finiēdo actum non supple id scribo: quo (ꝑ legam aut quo). i. per quod sciam certo: sed ꝙ. i. q: coniectura erat aut. i. non difficilis: hoc est q: facile poteram per coniecturam consequi (quod sequentibus probat vnde non subscribam tollentibus negationem) nam cū oīs mars. i. auctor victorie belli sup. sit cōis. i. neutri pti adiuratꝰ ꝛ cum exitus pliorum sint semp incerti tm̄ magne copie dr̄ esse hoc tp̄e parate vtriq3. i. ab vtraq3 pte: ad pugnandū ita vt vtercūq3. s. exercitus vicerit nō sit futurū mirū. i. mirādū: vtercūq3. i. q̄cūq3 duorū vicerit: q: vterq3 exercitus optime instructus erat: illa opinio hoīm (quā dicturus es) cōfirmat. i. auget ꝛ roborat in singulos dies magis ꝛ magis: opinio aūt est: ēt si. i. q̄uis intersit. i. drīe sit aliq̄ntulū inter cās armorū: q: Pōpeiani iustiorem cām eo ꝙ a rep. stabāt habebāt: tm̄ non multū inter futurum. i. differentie futurū inter victorias eo ꝙ vtraq3 pars victoria insolēter visura videbatur. Nos sumus experti ꝓpemodum. i. quasi alteros. s. Pompeianos

Etsi.

Mars cōmunis.

Pompeius iustā cām fouebat.

M. T. Cicero A. Torquato. S. D.

Nihil quod ad te scriberem nihil erat, et tamen si quid esset: sciebā te a tuis certiorem fieri solere. De futuris autem rebus ꝛ si semper difficile est dicere: tamen interdum coniectura possis propius accedere: cum res est eiusmodi, cuius exitus prouideri possit. Nunc tantum videmur intelligere non diuturnum bellum: et si id ipsum nonnullis videatur secus: Equidem cum hec scribebam, aliquid iam actum putabam, non quo ego certo sciam: sed quod haud difficilis erat coniectura. Nam cum omnis belli Mars communis: ꝛ cum semper incerti exitus preliorum sint: tamen hoc tempore magne vtrinq3 copie ita parate ad pugnandum esse dicuntur: vt vtercunq3 vicerit: non sit mirum futurum: illa in dies singulos magis: magisq3 opinio hominum confirmatur: etiam si inter causas armorum aliquantum intersit: tamen inter victorias non multum inter futurum, alteros prope modum iam sumus experti: de altero nemo est: quin cogitet cum sit metuendus iratus, victor armatus. Hoc loco si videor augere dolorem tuum: quem consolando leuare debebam: fateor: me cōmunium malorum consolationem nullam inuenire preter illam: que tamen si possis eam suscipere, maxima est, quaq3 ego quotidie magis vtor: cōscientiam recte voluntatis, maximam consolationem esse rerum incommodarum: nec esse vllū magnum malum preter culpam: a qua quando tantum absumus: vt etiam optime senserimus: euentusq3 magis nostri consilij, q̄ consilium reprehendatur: et quando prestitimus: quod debuimꝰ, moderate quod euenit: feramus. Sed hoc mihi tamen non sumo: vt te consoler de communibus mi

scrijs: que ad consolandum maioris ingenij: et ad ferendum singularis virtutis indigent. Illud cuiuis facile e docere: cur precipue tu dolere nihil debeas: Eius enim: qui tardior in te leuando fuit: quam fore putaremus: non est mihi dubia de tua salute sententia: de illis autem non arbitror te expectare quid sentiam.

lanos. Nemo est quin cogitet de altero. s. Cesare/scz quin insolenter sit vsurus victoria: cum sit metuendus iratus eo quod est iratus ob negatum triumphum: et imperij prorogationem: victor. i. si fuerit victor: eo quod victoria insolentiores facere solet: armatus. i. cum sit futurus vi armorum preditus. Si ego videor angere dolorem tuum hoc loco. i. dicto huius loci: quem. s. dolorem debebam aut debeam: leuare. i. imminuere. fateor me nullam. i. non vllam: non inuenire vllam consolationem malorum communium. i. reipublice. preter illam (quam dicet) que tamen est maxima: si possis suscipere. i. in vsum tuum conuertere eam: et que ego vtor quotidie magis: videlicet: conscientiam voluntatis recte esse maximam consolationem rerum incommodarum. i. nociuarum: hoc est: si quis sibi conscius sit quod ad mala que euenerunt non prebuerit consensum: nec vllum malum esse magnum preter culpam. i. si non adsit culpa: de qua. s. culpa quoniam. i. quoniam: nos absumus tamen: et etiam senserimus optime: quia pacem qualemcunque potius quam bellum suscipiendum: et euentus consilij nostri: quo duximus Cesari resistendum. reprehendatur magis quam consilium. s. nostrum: quia licet male euenit: bene tamen consuluimus vnde Sappho Ouidiana egre ferens consilium suum damnari ab illis qui dant Exitus acta probat: addit: careat successibus opto. Quisquis ab euentu facta notanda putat. Et quoniam i. quoniam prestitimus. i. exhibuimus et effecimus quod debuimus feramus. i. patiamur: moderate. i. temperato animo id sup. quod euenit: licet malum sit. Sed tamen ego non sumo. i. non attribuo et arrogo mihi (vnde rectius dicatur vir sibi multa sumens quam vir presumptuosus: vt vulgo dicunt) hoc vt consoler te de miserijs communibus: que. s. miserie communes indigent maioris ingenij sup. quam meum sit: ad consolandum. i. vt consolentur passiue: hoc est vt de eis consolemur: et indigent singularis virtutis ad ferendum. i. vt ferantur. Facile est cuiuis. i. cuilibet: docere illud: cur tu nihil debeas dolere precipue. i. preter ceteros. Enim. i. quia: sententia de tua salute: eius s. Cesaris: qui fuit tardior in leuando te. s. ab exilio aut timore: quam putaremus fore. i. futurum esse: non est dubia mihi: hoc est: est mihi perspecta: scio enim quod te saluum esse cupit. autem i. sed: non arbitror te expectare quid sentiam de illis. s. Pompeianis: si forte vicerint: quia omnes sciunt te Pompeio semper fauisse.

Triumphus Cesari denegatus.

Ouidius

Sumere sibi.

¶ Reliquum est vt te angat: quod absis a tuis tandiu res molesta ab ijs presertim pueris quibus nihil potest esse festiuius. Sed vt antea ad te scripsi tempus est huiusmodi vt suam quisque conditionem miserrimam putet: et vbi quisque sit: ibi esse minime velit: Equidem nos: quod Rome sumus: miserrimum esse duco: non solum quod in omnibus malis acerbius est videre: quam audire: sed etiam quod ad omneis casus subitorum periculorum magis obiecti sumus: quam si abessemus. Et si meipsum consolatorem tuum non tantum littere: quibus semper studui: quantum longinquitas temporis mitigauit: quanto fuerim dolore meministi. In quo prima illa consolatio est: vidisse me prius quam ceteris cum cupiebam quamuis iniqua conditione pacem: quod et si casu non diuinatione mea factum est: tamen hac inani prudentie laude delector: Deinde quod mihi ad consolationem commune tecum

¶ Reliquum est. i. id solum restat: vt quod absis tandiu a tuis: angat. i. cruciet et torqueat te: appositorie res molesta. i. quod est res molesta: presertim sup. abesse: ab ijs pueris. i. filijs: quibus nihil potest esse festiuius i. letius et lepidius. Sed (vt scripsi antea ad te) tempus est huiusmodi. i. tale: vt quisque putet conditionem suam. i. statum vite sue: miserrimam: et vt quisque minime. i. nequaquam velit esse ibi: vbi sit. Equidem. s. ego quidem hoc est certe: duco. i. existimo: miserrimum. i. rem miserrimam esse quod sumus Rome: non solum quod. i. quia: in omnibus malis acerbius est videre sup. ea quam audire: sed etiam quod nos qui Rome sumus: sumus magis obiecti ad omnes casus periculorum subitorum quam si abessemus. Etsi, litere. idest scientie philosophice literis commendate: quibus studui. i. operam diligentem dedi semper. non sup. mitigauerunt: tantum. i. intantum aut tantopere: meipsum consolatorem tuum (Valla diceret tui nisi quodammodo possessio importetur) quantum longinquitas. i. prolixitas temporis mitigauit meipsum etc. tu meministi. id est, memoria tenes: supple in quanto dolore fuerim in quo scilicet dolore illa est prima consolatio: me vidisse prius quam ceteri supple viderint. (Aliter diceret quam ceteros) cum cupie

Reliquum est quod notet

vallam taxat.

Me quam ceteri.

¶ Sed me hercule. qñ. i. quandoquidem seu quoniā: nos nō sumus valde inimici. i. aliquantulum fauemus illi vez Patroni et ceteris quos illa. sc3 que ille sibi tuenda dicit delectant: nescio an ignoscendum sit huic. s. Patroni: si laborat tantopere. sez tueri dicta in quo. s. studio: etiaz si peccat s. per cupiditatem: tñ peccat potius ineptiis: q: est hō minus culto ingenio: q̄ improbitate. i. malitia. Sed ne plura sup. dicam dicendum est enim aliqñ. i. tandem finiendum est. Ego amo Pomponium Atticū: sic vt alterū fratrē: ē nihil ē illo mihi nec chariꝰ nec iucūdius. Is. s. Pōponiꝰ nō q sit ex istis. s. epicureis porcis (Est eī politissimus omni doctrina liberali) sed sup. q valde diligit Patronez et amauit phedruz q̄ pro eo rogauit valde ens sup. aut cum sit homo minime ambitiosus: minime molestus in rogando contendit. i. instanter petit hoc a me sic vt nihil scilicet contendit vnq̄ magis. idest instantius: nec dubitat quin ego possez consequi hoc

Epicurus phs porcus vt sepius sum testatus qñ dicit

a te mutu. s. solo: et si esses edificaturus. Nunc vero si audierit te deposuisse edificationem neque tamen me impetrasse a te. s. quod Patro petit: ipse non putabit te illiberalem in me: sed me negligentem in se. Quamobrem peto a te vt scribas ad tuos decretum illud areopagitarum. i. iudicium atheniensium. in vico martis qui Areopagus dicitur: quem hypomnematismon. i. decretum illi. s. Athenienses. vocant posse tolli. i. amoueri, et abrogari tua voluntate. i. te volente. Decretum autem vero fuisse: vt in fundo suo sine respectu vicini ad placitum edificet. Sed reddeo ad prima. i. ad illa que in principio huius epistole scripsi. Ego velim prius i. potius: vt persuadeas tibi vt facias hoc causa mea libenter quam vt facias: hoc est velim quidem te facere: sed potius vt libenter facias quam vt facias si non libenter. habeto tamen sic si feceris (quod rogo) fore. i. futurum gratissimum mihi. Vale.

Areopagus vicus martis Athenis.

Argumentum epistole

Caio &c. Commendat Memio. C. Auianum statuarium quendam vt ei concedat Memmius habitationem: quod cum citra iacturam Memmij fiat facile impetraturum confidit. Ordo est. Ego vtor multum et ipso Caio Auiano Euandro qui habitat in sacrario tuo. i. loco vbi conseruantur sacra per te edificato: et vtor familiarissime patrono eius Marco Aemylio. Peto igitur a te in maiorem modum. i. obnixius: vt ei accommodes de habitatione quod fiat sine molestia tua. Nam subitum. i. festinum aut propinquum aut necessarium est ei remigrare. i. redire in pristinam habitationem: propter multa opera multorum: instituta. i. incepta ab eo. Ego impedior verecundia ne rogem te pluribus verbis. Neque tamen dubito quin si nihil aut non multum intersit tua. i. si parum aut nihil detrimenti ex ea re habiturus sis: sis eo animo quo ego essem: si tu rogares me quid. i. aliquid certe tu feceris. scilicet hoc faciendo gratissimum mihi. Vale.

Ordinatio litere.

Tullum &c. Commendat Aulum fusium per literas: quem etiam coram commendauerat: vt cum ita tractet vt promisit dicens. Ego velim tractes Aulum Fugum vnum ex intimis meis. s. amicis obseruantissimum. i. maximum cultorem et studiosissimum nostri hominem eruditum et dignissimum summa humanitate et amicitia tua: tractes dico ita vt recepisti. i. promisisti mihi coram. i. in presentia tecum agenti. Id erit mihi tam gratum quam quod sup. erit aut est gratissimum. Preterea tu deuinxeris. i. obligaueris ipsum in perpetuum tibi summo officio et summa obseruantia: i. ad prosequendum te summo officio et summa obseruantia. Vale.

Quid hec epistola contineat argumentum breue. Series littere.

tamen me a te impetrasse: non te in me illiberalem sed me in se negligentem putabit. Quamobrem peto a te: vt scribas ad tuos posse tua voluntate decretum illud Ariopagitarum: quem illi vocant tolli. Sed redeo ad prima. Prius velim tibi persuadeas vt hoc mea causa libenter facias: quam vt facias sic tamen habeto: si feceris quod rogo fore mihi gratissimum.

Vale.

M. T. C. S. P. D. C. Memmio.

Caio Auiano Euandro: qui habitat in tuo sacrario: et ipso multum vtor et patrono eius Marco emylio familiarissime. Peto igitur a te maiorem in modum: quod sine tua molestia fiat: vt ei de habitatione accommodes. Nam propter opera instituta multa multorum subitum est ei remigrare Kalen. quintilibus. Impedior verecundia ne te pluribus verbis rogem. Neque tamen dubito quin si tua nihil aut non multum intersit: eos sis animo: quo ego essem: si quid tu me rogares: mihi certe gratissimum feceris.

Vale.

M. T. C. S. P. D. Memmio.

Tullum Fusium vnum est meis intimis obseruantissimum studiosissimumque nostri eruditum hominem: et summa humanitate tuaque amicitia dignissimi velim ita tractes: vt mihi coram recepisti. Tam mihi gratum id erit: quam quod gratissimum. Ipsum preterea summo officio: et summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris.

Vale.

M.T.C. Qu. Ualerio. Qu. Orce.fi. Legato Propret.S.dicit.

Um municipib⁹ Uolateranis mibi summa necessitudo est: magno eni meo bñficio affecti cumullatissime mibi gratiā retulerūt: nā nec i honorib⁹ meis: laboribusq̄ vnq̄ defuerūt. Cuz q̄bus si mibi nulla cā intercederet: tñ q̄ te vehementissime diligo q̄q̄ me a te plurimi fieri sentio: ꝛ monerē te ꝛ hortater: vt eorum fortunis cōsuleres: p̄sertim cū prope p̄cipuā cām babe rent ad ius obtinēdū. Primū: q̄ syllani tpis acerbitatē deoꝝ imortalium benignitate subterfugerūt. Deinde q̄ sūmo studio po.Ro.a me in cōsulatu meo defensi sunt cum tribuniplebis legē iniq̄ssimā de eoruz agris p̄mulgassent facile. S.P.Qu.R. p̄suasi vt eos ciues: q̄bus fortūa pepcisset saluos esse vellent. Hāc actionē meā. C. Cesar primo suo consulatu lege i agraria cōprobauit: agrū q̄ Uolateranum ꝛ oppidum oīni periculo imperpetuū liberauit: vt mibi dubiū nō sit: q̄n is q̄ nouas necessitudines adiungat: vetera sua bñficia cōseruari velit. Quamobrē est tue prudētie: aut sequi ei⁹ authoritatē: cui⁹ sectā: atq̄ imperiū summa cū tua dignitate secutus es: aut certe illi integrā oēm cām reseruare. Illud vero dubitare non debes: q̄n tā graue: tā firmū: tā honestum municipiū tibi tuo sūmo beneficio in p̄petuū obligari velis. Sed hec q̄ scripta sunt supra eo spectant: vt te horter: ꝛ suadeaz. Reliqua sunt que p̄tinent ad rogandū vt nō solū tua causa tibi cōsiliū me dare putes sed q̄d mibi op⁹ sit: mea te petere ꝛ rogare: Gratissimum igitur mibi feceris: si Uolateranos oībus rebus integros: incolumesq̄z esse volueris Eoruz ego domicilia: sedes: rē fortunas: q̄ a dijs

Um municipibus ꝛc. Cū volateraniv exarentur de reb⁹ suis publicis. Cicero hac epistola eos diligenter commendat. Q. Ualerio p̄pretori vt diligēti⁹ commēdare nō possit: Ostēdit enī eos gratos ꝛ viris optimis acceptissimos: quos oīno debeat idem Ualerius suo sibi bñficio deuincire. Ordo est. Summa necessitudo est mibi cum municipibus volateranis. i. i. incolis Uolaterrarum oppidi hetrurie: ipsi enim affecti magno bñficio meo/retulerunt cumulatissime mibi gratiam nam nec fuerunt vnq̄ in honorib⁹ meis. s. augēdis ꝛ in laborib⁹. s. ferēdis: cū q̄bus si. i. tamet si nulla cā itercederet. i. media eēt ad cōciliationē amoris: tñ q̄. i. q̄ ego diligo te vehemētissime: ꝛ q̄ sentio me fieri. i. estimari/ p̄limi a te: ꝛ monerem: ꝛ hortare te. vt consules. i. cōsilio ꝛ ope p̄desses fortunis eoꝝ presertim cū haberēt cām prope. idest quasi p̄cipuā. i. potissimā ad obtinēdum ius. Primū q̄ subterfugerūt acerbitatem tpis syllani. i. quo Sylla tyrannidem exercuit benignitate deorū immortaliū q̄: cum illis p̄scriptos obsideret. ꝛ illi factis inducis abirēt nibil nocuit vbi q̄d deorū benignitati ascribit: vt q̄bus dij fuerint turpe sit hominē nō fauere. Deinde q̄ defensi sunt a me in cōsulatu. s. meo: sūmo studio. i. fauore populi Romani: cū tribuniplebis p̄mulgassent legem iniquissimā: de agris eos. s. alijs disp̄tiēdis p̄suasi facile senatui populoq̄ Romano: vt vellēt eos ciues esse saluos q̄bus fortuna (prius tamē deos dixit eos seruasse) pepercisset Caius Cesar comprohabuit hāc actionē meam primo consulatu suo in lege agraria idest cuz ferret legem agrariā: ꝛ liberauit agrum ꝛ oppidū Uolaterranū oi periculo in perpetuum vt nō sit dubium mibi: quin is qui adiungat nouas necessitudines: velit vetera beneficia sua conseruaui. Quamobrē est prudentie tue. i. ad prudētiā tuam refertur aut sequi auctoritatem eius. s. Cesaris cuius sectā. i. partialitatē atq̄ imperiū tu secutus es cū sūma dignitate tua: aut certe reseruare illi oēm idest totam cām integrā. i. ita q̄ de ea nibil ad huc sic per te actum. Uero. i. sed: tu non debes dubitare illud: quin velis. i. debeas velle obligare tibi in p̄petuū summo beneficio tuo: illud municipiū. i. oppidū munerum Romanorū capax: tā graue. i. cōstās: tam firmū ꝛ tam honestum. Sed hec que scripta sunt supra. i. in priori parte huius ep̄le spectāt. i. tēdūt eo: vt horter te: ꝛ suadeam. s. tibi: Reliqua idest que deinceps.

Ep̄le materia.

Structura littere ꝛ ordo.

Uolaterra oppidū italie.

dicā: sunt q̄ ptinēt ad rogādu: vt putes me dare tibi ɔsiliū nō solū cā. i. p vtilitate tua: sʒ me petere ꝛ rogare a te: qḋ opꝰ fit mihi. Tu igiť fecerʒ mihi gratissimū si vo- lueris Volaterranos eē itegros. i. iden nes ꝛ icolumes sup. i oibꝰ rebꝰ. Ego ɔmē do tue fidei iusticie ꝛ bonitati: domicilia: sedes. i. māsiōes p̄turas aut sepulchra: vt enei. vi. Sedibꝰ hūc referāte suis. rē. s. quā habēt: fortunas/quas habere possūt/ q̄ ɔseruare sūt a dijs imortalibꝰ ꝛ a p̄stātis simis ciuibꝰ i nr̄a. i. romana rep. vcʒ a Ce- sare ꝛ tpō ciceroē: sūmo studio. i. fauore se natꝰ ppl'iqꝫ ro. Si res. i. copia reꝝ daret mihi facultatē hoc tpe p pristinis opibꝰ meis. i. iuxta pristinas opes meas: vt pos sē defēdere volaterranos ita queadmo dū ɔsueui tueri meos. s. clientes ego nul lū officiū d. niqꝫ. i. vt vno verbo dicā nullū certamē p̄termitterē. i quo possē, pdesse illis. Sʒ qn̄. i. qn̄ qdē ego ɔfido me nihilo i. i nullo minꝰ valore apḋ te hoc tpe: q̄ va- luerī semp apḋ oms: ego peto abs te: pro necessitudine. i. necessaria ɔiūctiōe i amo re ꝛ amicitia/sūma: ꝛ pari. i. equali iter nos ꝛ mutua beniuolētia/ vt merearc de vola teranianis ita vt existimēt eū: scʒ te p̄posi tū eē. s. a me: isti negocio. s. de coꝝ ɔserua tiōe quasi diuino ɔsilio: apḋ quem vnum nos perpetui defensores eorum possemꝰ valere plurimum. Vale.

Vergiliꝰ

Argumē- tum ep̄le

Non moleste ꝛc. Prefecerat ce sar Valerius diuidūdis agris volateranoꝝ. Itaqꝫ cū i ea re giōe. L. Curtiꝰ haberet agrū: nitiť Cice. persuadere honestis simis rōnibꝰ eidē valerio agrū illū curtij n̄ esse dādū alijs: qḋ i pricipio ptestať equū ꝛ honestū. Ordo ē. Ego nō fero moleste cā necessitudinē q̄ mihi tecū ē. notā eē q̄ plu rimis: neqꝫ tū ipedio te ob cā cām. i. ppť necessitudinē: nostrā (qḋ tu potes existi mare. i. iudicare optime: qꝛ optime scis) quo minꝰ possis gerere negociū susceptū/ tua fide ꝛ diligētia ex volūtate cesaris / q̄ cōmisit tibi rem magnā ꝛ difficilē. Nam cū multi petūt a me multa: q̄. i. q: nō dubi tent de volūtate. i. beniuolentia tua erga me nō cōmitto. i. nō patior vt cōturbē ābi tione. i. ipo tuna petitōe mea offm̄ tuum. Ego sum vsus familiarissime ab ineunte etate caio curtio. Ego ꝛ. i. sil' dolui iniusti sima calamitate eiꝰ. s. curtij: tpis syllani. i. q̄ erat tpe syllano: ꝛ fui adiutor icolumi tatis i. salutis eiꝰ: cū. i. qn̄ reditus in pa triā videreť cōcedi volūtate oīm/ hijs qui accepant similē iniuriam: oībus fortunis amissis. i. licet omnes fortunas amiserūt tamē reditus ꝛc. Aliter illud tū redūdet.

Ordo lr̄e

immortalibus ꝛ a prestantissimis in nostra rep. ciuibus summo. S. P. Q. R. studio conseruate sunt tue fidei iustitie bonitatiqꝫ commendo. Si pro meis pristinis opibus facultatem mihi res hoc tempore daret: vt ita defendere possem. Vola teranos: quemadmodum consueui tueri meos: nullum officium: nulluʒ deniqꝫ certamen: in quo illis prodesse possem pretermitterem: sed quādo apud te nihilominus hoc tempore valere me con fido, qua valuerim semper apud omnes: pro no- stra summa necessitudine: pariqꝫ inter nos ꝛ mu tua beneuolentia abs te peto vt ita de Volatera- nis mereare: vt existiment eum quasi diuino con silio isti negocio prepositum esse apud quem vnū nos eorum perpetui defensores plurimum vale- re possemus. Vale.

M. T. C. Qu. Valerio. Qu. Orce. fi. Le. Propret. S. P. D.

Non moleste fero eam nece ssitudinem: que mihi tecum est notam esse q̄ plurimis: neqꝫ tū ob eaʒ cām (qḋ tu o ptime existimare potes) te impedio quo minus susce- ptum negocium tua fide: ꝛ diligentia ex volunta te Cesaris: qui tibi rem magnam difficilemqꝫ cō misit: gerere possis. Nam cum multi a me petunt multa: q̄ de tua erga me voluntate non dubitent non committo: vt ambitione mea conturbeʒ offi cium tuuʒ. Caio Curtio ab ineunte etate familia rissime suʒ vsus. Eius et syllani temporis iniusti sima calamitate dolui: ꝛ cum ijs qui similem iniu riam acceperant amissis omnibus fortunis: redi tus tamen in patriam voluntate omnium conce di videretur: adiutor incolumitatis fui.

¶ Is habet in Uoleterano possessionem: cũ in eã tanq̃ e naufragio reliquias contulisset. Hoc autem tempore eum Cesar in senatum legit: quẽ ordinem ille ista possessione amissa tueri vix potest Grauissimũ aũt est: cum superior factus sit ordine: inferiorẽ esse fortuna minimeq́ȝ cõuenit ex eo agro: q Cesaris iussu diuidaꝛ: eũ moueri: q Cesaris beneficio senator sit. Sed mihi minus libet multa de equitate rei scribere: necã poti⁹ apud te ualuisse videar: q̃ gratia. Quãobrẽ te maiorez in modũ rogo: vt Caij Curtij rem meam putes eẽ: quicquid mea causa faceres: vt id. C. Curtij causa cum feceris meum existimes: quod ille per me habuerit: id me habere abs te putabo. Hoc te vehementer etiam atq́ȝ etiam rogo. Uale.

¶ Is scȝ Curtius: habet possessionez in volaterrano scȝ agro: cũ ꝯtulisset in eã. s. possessionẽ reliquias. s. reꝝ suarũ: tanq̃ e naufragio scȝ receptas: aũt. i. sed: Cesar legit eũ hoc tꝑe in senatũ: quẽ ordinẽ. i. vt dicũt statũ ille vix põt tueri. i. seruare in victu ⁊ vestitu: ista possessione amissa. i. si eã amiserit. Autẽ. i. sed: grauissimũ. i. molestissimum est. s. Curtio: cũ factus sit superior. i. altior ordine. i. statu esse inferiorẽ. i. minorẽ fortuna. i. reꝝ possessiõe: ⁊ minime cõuenit eũ qui factus sit senator beneficio Cesaris moueri. i. pelli ex eo agro i. ei⁹ agri possessione: qui diuidaꝛ. s. militibus iussu Cesaris. Sȝ libet mihi scribere minus multa de eq̃tate rei scȝ quã postulo: ne videar valuisse poti⁹ apud te cã. i. propter equitatẽ cause: q̃ grã. Quãobrẽ ego rogo te in maiorẽ modũ. i. egregie: vt putes rẽ. i. negociũ aut possessionẽ Caij Curtij esse meam: vt quicquid tu faceres causa mea. i. si res mea esset: cum feceris id causa Caij Curtij existimes meũ sup. esse et putabo me habere abs te: quod ille habuerit per me. Uale.

M. T. C. Qu. Ualerio. Qu. Orce. fi. S. P. D.

Credo te memoria tenere me ⁊ coram Publio Cuspio tecum locutum esse: cũ te ꝓsequerer paludatũ: ⁊ itẽ postea plurib⁹ verbis tecũ egisse: vt quoscũq́ȝ tibi eius necessarios commendarẽ haberes eos in numero meoꝝ necessariorũ. Id tu ꝓ tua summa erga me bñuolentia: ꝑpetuaq́ȝ obseruantia mihi liberalissime atq́ȝ humanissime recepisti. Cuspi⁹ hõ in oẽs suos officiosissim⁹ mirifice quosdã homines ex ista ꝓuincia tueꝛ ⁊ diligit: propter ea q̃ fuit in Aphrica bis: cum maximis societatis negocijs preesset. Itaq́ȝ hoc ei⁹ officiũ qd adhibetur erga illos: ego mea facultate ⁊ gratia soleo: quantum possum adiuuare. Quare Cuspianoꝝ oĩm cõmẽdatiõis cãm hac tibi epistola exponendam putaui. Reliquis eplis tñ faciam vt notam apponã eã: q̃ mihi tecũ cõuenit: ⁊ simul significẽ de numero esse Cuspij amicoꝝ. Sed hãc cõmendationem quã his literis cõsignare volui: scito esse oĩm gratissimã. Nam. P. Cuspius singulari studio con

Credo te ⁊c. Miro quodam artificio vtiꝛ Cicero in commẽdatiõe. L. Julij. ꝑ Publio Cuspio Amico suo: ita vt verbis suis quodãmodo cogat Ualeriũ prestare quod petit. Postremo cõmẽdat etiã noĩe Cuspij. Cornelių hãc tabellariũ sed diuersa putaꝛ ep'la

Ep'le argumentũ

Ordo est. Credo te tenere memoria. i. nõ oblitum: me et. i. simul locutum: esse tecũ coram Publio Cuspio: cum prosequerer te paludatum. i. ornatum paludamento. idest veste imperiali proficiscentez in bellum comitarer: ⁊. idest simul egisse postea tecum pluribus verbis: vt quoscunq́ȝ necessarios eius scilicet. Pub. Cuspij commendarem tibi: tu haberes eos in numero necessariorum meorum: tu recepisti. idest promisisti mihi id: pro summa beniuolentia tua erga me: et perpetua obseruantia. Cuspius homo officiosissimus in omnes: tuetur et diligit mirifice quosdã homines ex ista scilicet tua aphricana prouincia: propterea qd fuit bis in aphrica cum preesset maximis negocijs societatis scilicet negociatorum. Itaq́ȝ ego soleo adiuuare quantum possuȝ mea facultate et gratia hoc officium eius qd adhibetur erga illos. scilicet homines istius prouincie. Quare ego putaui causam commendationis omniuȝ Cuspianorum. i. necessarioꝝ cuspij: esse exponendã idest declarandaȝ tibi hac epistola. Ego

Series litere.

faciā ⁊ apponā.i.ego apponā:reliq̇s epi-stolis tm̄/eā notā.i.id signū/q̄ ꝯuenit mihi tecū.i.quā ex cōuētiōe duximꝰ apponēdā ⁊ significē sīl' eē de numero amicoꝝ cuspij. Sed scito hāc cōmendationē quā voluit cōsignare his lr̄is(vt opinor q̄dā note lr̄aꝝ erāt apposite:quas cū videret Valerius sciret intimā esse cōmendationē)esse gratissimā oīm. Nā Publiꝰ Cuspiꝰ ꝯtēdit a me singulari studio vt cōmendarē tibi ꝙ diligētissime Luciū Juliū. Ergo ego vix videor mihi posse satisfacere studio.i. fauori eiꝰ.s.Cuspij i Juliū/si vtor ijs verbis q̇bꝰ solemꝰ vti cū agimꝰ q̇d diligētissime:ipse postulat q̄dā noua.s.verba:⁊ putat me tenere.i.callere quoddā artificiuꝫ eiꝰ gn̄is.s.nouoꝝ verboꝝ. Ego pollicitus sum ei:me depromptuꝝ.i.haustuꝝ/ mirificū genꝰ cōmēdatiōis/ex intima arte nr̄a. Qm̄.i.qm̄:ego nō possum asseq̇.i.attingere:id.s.cōmēdatiōis genus/velim tute.i. tuipse efficias vt illi arbitreꝛ quidā.i. q̇d certi/ꝑfectū incredibili gn̄e lr̄aꝝ meaꝝ/(Certe negādo se posse asseq̇ id mirifice assequitur) Tu facies id:si expresseris.i. significaueris oē genꝰ liberalitatis qđ poterit ꝓficisci ab humanitate ⁊ potestate tua:nō mō.i.nō solū re.i.effectu ipso : sed etiam verbis ⁊ deniqꝫ vultu. Que.s.v̄ba et vultus beniuoli : velim expertus esses quantum valeāt in prouincia.q.d. profutuꝝ amico si experiri voluerint. Sꝫ tm̄ suspicor ipsum hoiem scꝫ Juliū:quem commendo tibi:esse perdignum amicitia tua non solū credo quia Cuspiꝰ dicit:tametsi id debeat esse satis:sed quia noui iudicium eius.s.Cuspij:in hominibus et amicis diligendis.idest de multis legendis. Ego iudicabo propediem.i.statim vbi Julius rescripsient quanta fuerit vis.id est potentia harum lr̄arum:⁊ agam tibi gratias:vt confido scꝫ te promeritu um. Ego curabo oīa studiose et diligenter que arbitarabor te velle et pertinere ad te. Cura vt valeas.

tēdit a me:vt tibi ꝙ diligētissime. L. Juliū cōmēdarē. Eiꝰ ergo studeo vix videor mihi satisfacere posse:si vtor v̄bis ijs:q̇bꝰ cū diligētissime quid agimꝰ vti solemꝰ. Noua q̄dā postulat:⁊ putat me eiꝰ gn̄is artificiū quoddā tenere. Ei ego pollicitus sum me ex intima nr̄a arte depromptuꝝ mirificū genus cōmēdatiōis. Jd qm̄ assequi nō possum:tu te velim efficias:vt ille gn̄e meaꝝ lr̄aꝝ incredibili:quiddā perfectum arbitreꝛ. Jd facies si oē genus liberalitatis qđ ⁊ ab humanitate:⁊ potestate tua ꝓficisci poterit nō modo re: sed etiam verbis:vultu deniqꝫ expresseris:q̄ quantū in prouincia valeat:vellem expertꝰ esse. Sed tm̄ suspicor ipsum hoīem:quem tibi cōmendo perdignū esse tua amicitia:non soluꝫ quia mihi Cuspius dicit: credo(tametsi id satis esse debeat)sed quia noui eius iudicium in hominibus:et amicis deligendis. Harū litteraꝝ vis q̄ta fuerit:propediē iudicabo:tibiqꝫ vt confido:gratias agam. Ego que te velle:queqꝫ ad te pertinere arbitror:omnia studiose.diligenterqꝫ curabo. Cura vt valeas.

Ordo lr̄e

¶ Publiꝰ ⁊c. Hec ꝑs videꝛ supiori annectēda : q: has dicit seorsum:tm̄ scripta. Ordo ē. Publiꝰ Corneliꝰ q̇ reddidit tibi has lr̄as:ꝯmēdatꝰ est mihi a Publio Cuspio:cuiꝰ.s.Cuspij quātoꝑe cuperē ⁊ deberē cām:tu cognosti ꝓfecto ex me.s.ꝑ lr̄as supiores. Ego rogo te vehemēter vt cures vt cuspiꝰ agat mihi ꝙ primū.i. valde cito:ꝙ sepissime.i. valde frequenter ꝙ maximas.i.valde magnas gratias.

¶ Publius Cornelius:qui tibi has literas reddidit:est mihi a.P.Cuspio ꝯmendatus cuiꝰ causam quatopere cuperem : deberemqꝫ profecto ex me facile cognouisti. Vehementer te rogo vt cures vt ex hac cōmēdatiōe mihi Cuspiꝰ ꝙ maximas ꝙ primū:ꝙ sepissime agat gratias. Vale.

Quid hec ep̄la habeatur.

Cum in galliā. Ager Attellanus vectigalis erat vectigalibꝰ aūt oībꝰ in gallia cisalpina Cluuiꝰ prepositꝰ a Cesare erat: vn̄ cum Attellani valde essent opp̄ssi penuria pecunie eos Cicero diligēter cōmendat dicto Cluuio

Ordo textus.

Ordo est. Cum tu ꝓficiscens in galliam venisses ad me domum, idest in domum meam : pro necessitudine, idest necessa-

M.T.C. Cluuio Salutem. P.D.

Cum in galliā proficiscēs:pro nostra necessitudine:tuaqꝫ summa in me obseruātia ad me domū venisses:locutus sum tecuꝫ de agro vectigali municipij Attelani : qui esset in Gallis

quantoque opere eius municipij causa laborem tibi ostēdit. Post tuā autē pfectionē: cū et maxima res municipij honestissimi: mihique coniunctissimi: et summū meū officiū ageretur: pro tuo aīo in me singulari existimaui me oportere ad te accuratius scribere: et si non sum nesci⁹: et q̄ tēporum rō: et que ptās sit: tibique negocium datum esse a. C. Cesare: non iudicium preclare intelligo. Quare a te tantum peto: q̄tū et te facere posse: et libēter mei cā factum esse arbitror. Et primū velim existimes qd res est: municipij fortunas oēs in isto vectigali cōsistere: His aūt tēporib⁹: hoc municipiū maximis oneribus pressum: summis affectū esse difficultatib⁹. Hoc et si cōe videt esse cum multis: tñ mihi crede singulares huic municipio calamitates accidisse: quas idcirco nō cōmemoro: ne de miserijs meorum necessariorum conquerens hoīes quos nolo videar offendere. Itaque nisi magnā spē haberē. C. Cesari nos causam municipij pbaturos non erat causa cur a te hoc tpe aliqd contenderē: sed qr confido: mihique persuasi: illum et dignitatis municipij: et equitatis et etiā volūtatis erga se habitum esse rationē ideo a te nō dubitaui contendere: vt hanc causam illi integrā conseruares. Qd et si nihilomin⁹ a te peterē: si nihil audiuissem te tale fecisse: tñ maiorē spē impetrādi nactus sum postea q̄ mihi dictū est: hoc idem a te Rhegiēses impetrauisse: qui etsi te aliqua necessitudine attingunt: tñ tuus amor in me sperare me cogit: te qd tuis necessarijs tribueris idē esse tributurum meis: presertim cū ego pro his vnis petā: habeā autē: q simili cā laborarēt cōplures necessarios. Hec me nō sine cā facere: neque aliqua leui ambitione cōmotū a te contendere et si te existimare arbitror tñ mihi affirmanti credas velim me huic municipio debere plurimum: nullum vnq̄ fuisse temp⁹ neque honorum: neque laborum meorum: quo non municipij studium in me extiterit singulare.

ria (si officio fungi volum⁹) in amicitia cōiunctiōe nr̄a: et summa obseruātia tua in me: locut⁹ sum tecū de agro vectigali municipij. i. oppidi municipalis / attelani. i. debenti vectigal attelanis: q. s. ager esset in Gallia: et ōndi tibi quātopere laborarem. i. sollicitarer et in laborē essem / cā ei⁹ municipij. Aūt. i. sed cū post tuā pfectionē et. i. sil' res maxima municipij. s. attellani / honestissimi et cōiūctissimi mihi et summū officiū meū ageret. i. vsaret in ambiguo: existimaui oportere me scribere ad te accurati⁹. i. multū accurate et diligēter pro aīo tuo singulari in me. Etsi. i. q̄q̄ nō sum nesci⁹. i. bene scio, et q̄ ratio / et q̄ potestas sit tēporum: et intelligo pclare negocium datū tibi a Caio Cesare nō iudiciuz. s. libere iudicādi ptātē. Quare ego peto a te tm̄ q̄tū arbitror te et posse facere: et factu rū eē libēter cā mei. Et primū velim sup. vt existimes sup. id qd res est. i. sicut est: oēs fortunas. i. facultatates Municipij: cōsistere in isto vectigali: aūt. i. sed: existimes hoc municipiū pssum maximis oneribus / affectum esse maximis difficultatibus. Etsi. i. q̄q̄: hoc. s. affectū sic eē: videt eē cōe. s. attellanis: cū multis. s. alijs ciuitatib⁹ tñ crede mihi singulares calamitates accidisse huic municipio: qd nō cōmemoro idcirco: ne cōquerēs de miserijs necessariorum meorū: videar offendere hoīes quos nolo. s. offendere: hoc ē Cesarianos Itaque nisi haberē magnā spē / nos pbaturos. i. q̄ simus probaturi Caio Cesari caussam municipij sup. iustā esse: nō erat causa cur cōtenderē. i. cū cōtētiōe peterē aliquid a te: hoc tpe. s. turbulento. Sed qr cōfido: et psuasi mihi. i. induxi in animū vt crederē: illū. s. Caiū Cesarē: habitum esse rationē. i. respectū piū et cōsiderationē: et. i. simul / dignitatis municipij qd olim floruit: et equitatis. s. cause: et etiam voluntatis. i. beniuolētie et studij erga se: ideo non dubitaui contendere. idest animose petere a te: vt conseruares hanc causam illi. scz Cesari integram. idest intactā iudicio tuo: q̄ facilius datur venia vbi nihil actum est de causa: q̄ reuocetur q a iudice de legato licet durius iam iudicatum est. Quod et si peterem a te nihilominus: si audiuissem te nihil tale fecisse: tamen nactus sum maiorem spem impetrandi: postea quam dictum est mihi: Rhegienses impetrauisse a te hoc idem scilicet reseruationem cognitionis cause ad Cesarem: qui scilicet Rhegienses: etsi. idest q̄q̄ attingunt te aliqua necessitudine tamen amor tuus in me: cogit (quod plus est quam facit) me spe

Fortuna pro facultatibus

Cogere plus ē q̄ facere.

rare te tributurū esse idē necessarijs meis/ qđ tribueris necessarijs tuis: psertim cum eo petam pro his vnis. i. solis: autē. i. sed: cū sup. habeam/ cōplures scʒ alios necessarios q̄ laborarent. i. in periculo diuersarent: simili causa. Ego ꝛ si arbitror te existimare. i. iudicare: me facere hec nō sine causa: neqꝫ contendere. i. instanter petere a te cōmotum aliqua ambitione. i. cupidate glorie leui. i. modica: tñ velim sup. vt credas mihi affirmanti: me debere plurimum huic municipio: et sup. nullum tēpus fuisse vnqꝫ: neqꝫ honorum. i. cum adirem honores aut cum accusarentur mihi honores: vt in consulatu ꝛ reductione: neqꝫ laborum meorum. idest cum afficerem laboribus vt exilij et periculorum in bello ciuili: in quo scʒ tempore: studium huius municipij scʒ attellani: non extiterit. idest apparuerit singulare. idest egregium: quia singularia. idest vnica fere egregia sunt: in. idest erga me.

¶ Quapropter ego peto atqꝫ cōtēdo. i. instanter exigo a te in maiorē modū: etiaʒ atqꝫ etiā. i. iterū atqꝫ iterū: p summa ꝯiunctione nr̄a: ꝛ p ppetua ꝛ maxima beniuolentia tua in me vt cum intelligas fortunas ei⁹ mancipij qđ sit mihi mancipij qđ sit mihi ꝯiunctissimū necessitudine: officijs: beniuolentia agi. i. in periculo versari: tu des. i. cōcedas mihi id: qđ erit hmōi vt si impetrauerimus a Cesare qđ speramus nos iudicem⁹ nos ꝯsecutos esse id bñficio tuo. Sin. i. sꝫ si: minus. i. nō impetrauerim⁹ a Cesare tñ habeam⁹. i. reputemus id pro eo. i. tanqꝫ si tuo bñficio impetratū qm̄. i. cū opera data sit a te vt impetrarem⁹. s. ita sit: qꝛ fecerꝭ mihi: hoc gratissimū: tum. i. multomagis: deuinceris tibi et tuis in ppetuū summo bñficio. s. tuo (quod firmissimum est vinculum) viros optios: hoīes honestissimos: ꝛ eosdeʒ gratissimos et dignissimos tua necessitudine idest quibuscuʒ necessitudinem ꝯtrahas hoc est ciues Attellanos. Uale.

Firmissimū vinculum.

Argumētum ep̄le

Um ꝛc. Rogat⁹ a. P. Sextio cōmendat Cice. P. Rutilio causam. C. Albini de quibusdam predijs que quondaʒ fuerant. Laberij ꝯrogatqꝫ vt ea predia non attingat diuidenda licet diuidundis agris esset prepositus. Ordo est. Cum et. idest simul: ego essem consci⁹ mihi quanti facerem. idest estimarem te: et expertus essem veniuolentiam tuaʒ erga me: non dubitaui. idest non sum veritus petere a te quod petenduʒ esset idest qđ decuit peti: mihi. i. per me. Ipse. idest ego met scio optime. s. hominum qui secreta cordium scrutari nequeant quanti faciaʒ idest estimem. Publium Sextium autē idest sed: et tu. et omnes homines sciunt que locutio zeugmatica est: nam per conceptionem (diceret scitis) quanti debeam facere scilicet eum. Is scilicet Sextius: cum cognosceret ex alijs te studiosissimum mei: petiuit a me: vt scriberem ad te quam accuratissime de re Caij Albini Senatoris: ex cuius familia natus est: Lucius Sextius optimus adulescēs fili⁹ Publij Sextij. Ego scripsi hoc idcirco: vt intelligeres me non

Ordinatio lr̄e.

zeugma figura.

¶ Quapropter a te etiam: atqꝫ etiam pro nostra summa coniunctione: proqꝫ tua in me perpetua et maxima beneuolentia maiorem in modum peto: atqꝫ contendo: vt cum fortunas agi eius municipij intelligas: quod sit mihi necessitudine officijs beneuolentia coniunctissimuʒ: id mihi des quod erit hmōi: vt si a Cesare: quod speram⁹ impetrauerim⁹: tuo beneficio nos id cōsecutos esse iudicemus. Sin min⁹ pro eo tñ id habeam⁹: qm̄ a te data sit opera: vt impetraremus. Hoc cū mihi gratissimum feceris tuʒ viros optimos hoīes honestissimos: eosdemqꝫ gratissimos et tua necessitudine dignissimos summo beneficio in perpetuum tibi: tuisqꝫ deuinceris. Uale.

M. T. C. M. Rutilio. S. P. D.

Um ꝛ mihi conscius essem: q̄ti te facerem ꝛ tuā erga me beneuolentiam expertus eēm: non dubitaui a te petere quod mihi petendū eēt. P. Sextiū q̄ti faciā ipe opti me scio: q̄ti autem facere debeam ꝛ tu ꝛ om̄es homines sciūt. Is cū ex alijs te mei studiosissimum cognosceret petiuit a me vt ad te q̄ accuratissime scriberem de te. C. Albini senatoris cuius ex familia natus est. L. Sextius optimus adulescēs filius. P. Sextij. Hoc idcirco scripsi vt intelligeres non solū me pro Sex. laborare debere sed Sextium etiam pro Albino. Res aūt hec est a. M. Laberio. C. Albin⁹ pdia ī estimationē accepit: q̄ predia Laberius emerat a Cesare de bonis Plotianis: ea si dicā non esse reip. diuidi docere te vi-

dear nō rogare. Sed tñ cū cesar syllanas vēditiones ꝛ assignationes ratas eē velit quo firmiores existimenť sue: si ea pdia dividenť: q̄ ipse Cesar vēdidit: que tandē in eius vēditionib⁹: autboritas esse poterit. Sed hoc quale si tu pro tua prudētia cōsiderabis. Ego te plane rogo: atq̧ ita vt maiore studio: iustiore de cā magis ex aīo rogare nihil possim: vt Albino pcas: predia Laberiana ne attingas. Magna me affeceris non mō letitia: sed ēe quodāmodo gloria. si. P. Sexti⁹ homini maxime necessario satisfecerit pro me: vt ego illi vni plurimū debeā. Qđ vt facias te vehementer etiaꝫ atq̧ etiā rogo. Maius mihi dare bñficiū nulluꝫ potes. Id mihi intelliges esse gratissimū. Uale

solū debere laborare p Sextio: sed sextium etiā debere laborare pro Albino. Res aūt. s. de qua laborā dū est: est hec. i. hmōi Caius Albinus accepit a Marco Laberio predia in estimationē. i. ad psoluendū quāti estimarenť: q̄ predia Laberi⁹ emerat a Cesare de bonis Plotianis. i. q̄ fuerant Plotij priusq̄ ea Cesar fisco addiceret: si ego dicā nō esse e rep. i. vtile reip. ea diuidi. s. militib⁹ Cesaris que semel a cesare data sunt: ego videar docere te nō rogare. Sed tñ cū Cesar velit venditiones ꝛ assignationes Syllanas. i. quas sylla perpetuus dictator factus fecerat: esse ratas firmas ꝛ approbatas: quo idest vt sue. s. venditiones ꝛ assignationes / existimentur i. iudicenť firmiores: si ipsa predia que ipse Cesar vendidit diuidenť que tandē auctoritas poterit esse in venditionib⁹ eius q. d. nulla. Sed tu cōsiderabis pro prudētia tua. i. fm prudentiaꝫ tuā: quale hoc sit idest quante efficacie sit hoc argumentū. Ego rogo te plane. i. omnino atq̧ ita supple rogo vt nihil possim rogare maiore studio de causa iustiore: sup. ꝛ magis ex aīo: vt parcas albino: ne attingas. s. in diuidendo predia Laberiana. i. a laberio empta Tu affeceris me magna nō modo letitia: sed etiam quodāmodo gloria. si Publius sextius satisfecerit p me hoī maxime necessario: vt ego debeā plurimū illi vni. Qđ vt facias ego rogo te vehemēter ēt atq̧ etiam Tu nullū. i. nō vllū: non potes dare mihi vllū beneficiū mai⁹ ꝛ sup. tu intelliges id beneficium esse gratissimū mihi. Uale.

Caius albinius.

M. T. C. Crassipedi. S. D. P.

Uanq̄ tibi presens cōmēdaui vt potui diligentissime socios Bitbinie: teq̧ cū mea cōmendatiōe tū etiā tua sponte intellexi cupere ei societati quibuscūq̧ reb⁹ posses cōmodare: tamen cum ij quorū res agitur magni sua interesse arbitrarentur: me ēt per litteras declarare tibi q̄ essem erga ipsos voluntate: non dubitaui hoc ad te scribere. Uolo enim te existimare: me cum vniuerso ordini publicanorum semper libentissime tribuerim idq̧ magnis ordinis erga me meritis facere debuerim: tum in primis amicum esse huic Bitbynice societati: que societas ordine ipso hominum genere pars est maxima ciuitatis: Constat enim ex ceteris societatibus: ꝛ casu permulti sunt in ea societate valde mihi familiares. In primisq̧ is: cuius precipuum officiuꝫ agitur

Uanq̄ ꝛc. Publicani exigentes vectigalia habebant inter se societates in puinciis. Cum igiť Crassipes: qui ꝛ Piso dictus est gener Ciceronis: questor esset in Bithynia cōmendat ei Cicero societatē publicanorum Bithynie docens eā cōstare ex preclaris ciuibus Romanis sibiq̧ coniūctissimis Ordo est. q̄q̄ psens. i. cū essem pñs cōmendaui tibi diligētissime vt potui: socios bithynie. i. mercature in Bithynia: ꝛ intellexi tecū. s. ita sit q̧ cōmendatiōe mea. i. pter cōmēdatiōeꝫ meaꝫ tū. i. mł'o magis etiā tua sponte idest ppria natura: cupere cōmodare idest cōmodū facere ꝛ pdesse ei societati quibuscunq̧ reb⁹ posse: tamen cum ij quorū res agitur / arbitrarentur interesse. i. in re ꝛ vtilitate sua eē magni. i. magnopere: me declare tibi etiā p litteras: qua voluntate essem erga ipsos nō dubitaui scribere ad te hoc. i. qua volūtate in eos sim. Uolo enim te existimare i. iudicare ꝛ sentire: me cū tribuerim. i. cōcesserim ꝛ indulserim semp libētissime vniuerso ordini i. statui ꝛ vt dicunt collegio publicanoꝝ. i. publicoꝝ vectigaliū redemptorū: q̄ simul negociatores erant naꝫ pecuniam quā in puincijs acceperant mer-

Argumētū epistole.

crassipes q̄ ꝛ piso bithinie pretor cicero nis gener Seriesl're

Ordo p collegio seu cgregatione.

ctibus cōmutabunt pro quibus alteraȝ ro me recipiebant: ꝛ debuerim facere id magnis meritis ordinis.i.totius collegij er/ga me: qꝛ cum exularet ab illis pecuniaȝ mutuatus erat/tum volo te existimare: me esse in primis.i.precipue amicum huic societati Bithynie. Que societas est ipso ordine ꝛ genere hoium: maxima pars ci/uitatis.s.romane. Constat enim ex ceteris societatibus ꝛ casu.i.a casu: multi sunt in ea societate valde familiares mihi. Et in primis Publius Rupilius filiꝰ publij qui est magister.i.primarius in ea societate.: cuius scȝ Rupilij: officiū precipuū agitur hoc tpe. Que cū ita sint peto a te i maiorem modū.i.obnixe ꝛ nō vlgariter: sup. vt tuare omnibus officijs tuis atqȝ omni liberalitate Cneum Puppiū qui est in operis.i.industrijs ꝛ laboribus aut famulatibus eius societatis (.Est enim operis ablatiui casus ab opere operarū ꝛc.) ꝛ cures vt opere.i.labores ꝛ industrie eius (qđ est facile factu.i.vt fiat a te) sint gratissime.i.vtilissime ꝛ acceptissime socijs: ꝛ velis rē ꝛ vtilitatē sociorū (cuius rei quantam potestatem pretor habeat.s.in prouincia: nō sū ignarus) sup. esse defensam ꝛ auctam per te ꝙ maxime. Tum.s.ita sit/ꝙ tu feceris id gratissime mihi/tum ego expertus promitto tibi illud/ꝛ spondeo/te cogniturum socios Bithynie esse memores ꝛ gratos: si cōmodaris.i.cōmodū feceris ijs.i.eis. Vale.

P. rupilius pmarius societatis bythinice.

tpe. P. Rupilius. P. F. q ē magister in ea societate. Que cū ita sint maiorem in modū a te peto. Cn. Puppium qui est in operis eius societatis: oibus tuis officijs atqȝ oi liberalitate tueare: cureśqȝ vt eiꝰ opere: qđ tibi facile factu est ꝙ gratissime sint socijs: rēqȝ ꝛ vtilitatem sociorū: cuius rei quātā ptātem questor habeat: nō sum ignarus p te. ꝙ maxime defensam: ꝛ auctā velis. Id cū mihi gratissime feceris: tū illud tibi expertus pmitto: ꝛ spondeo te socios Bithynie: si ijs cōmodaris memores esse: ꝛ gratos cogniturum. Vale.

Argumentū eple.

Cum ad te M. Terentius Varro profecturus i Galliam questor Bruti: qꝛ sciebant quanti esset habere ꝓmos aditus ad pretorem cōmendatos. Curauit habere Ciceronis cōmendationē: quē apud Brutum plurimū valere sciebat. Quocirca eum Cicero bruto hac epistola cōmendat docens se id nō ab re facere. Ordo est. Cum Marcꝰ Varro questor idest conquisitor ꝛ receptor pecunie in stipendium ꝛ onera militie expēdende tuus idest publico nomine tibi assignatus: proficisceretur ad te: non putabam eum egere commendatione: arbitrabar enim eum satis cōmendatuȝ tibi: ab ipso more.i.instituto maioruȝ idest priscorum Romanorū: qui scȝ mos antiquorum voluit (vt non fugit te.i.vt bene scis) hāc coniunctionem questure.i.ex eo ꝙ quispiam alterius questor fuerit contractam eē primam necessitudini.i.necessarie cōiunctioni liberorū.i.ꝑlis legitime. Sed cum ipē.s. Varro persuasisset sibi ita: meas litteras scriptas accurate de se/ habituras maximum pondus.i. plurimū valituras ad sui cōmendationem /apud te: ꝛ contēderet.idest obnixe peteret a me: vt scriberem ꝙ diligentissime/malui facere sup.id quod necessarius meus scȝ Varro: arbi/traretur interesse.i.in re esse sua: tanti.i tantopere. Igitur vt intelligas me debere facere hoc.s.qđ ille cōtēdit: cū marcus Terentius.s. Varro venit primū in forū.s.

series lr̄e.

Nō fugere aliquē ꝛ ipsuȝ bene scire.

M.T.C. Bruto. S.P.D.

Cum ad te tuus questor ꝓficisceretur. Mar. Varro commēdatiōe egere eū nō putabā. Satis enī cōmendatū tibi euȝ arbitrābar ab ipso more maioꝝ: q (vt te nō fugit) hanc questure cōiunctionē liberorū necessitudini ꝓximā voluit esse. Sed cū sibi ita ꝑsuasisset ipse meas de se accurate scriptas lr̄as maximū apud te pondus habituras: a meqȝ contēderet: vt ꝙ diligentissime scriberem malui facere: quod meus familiaris tanti sua interesse arbitraretur. Ut igitur debere facere me hoc intelligas: cum primum. M. Terentius in forum venit: ad amicitiā se meam contulit. Deinde vt se corroborauit: due cause accesserūt: que meā in illuȝ beneuolentiam auxerunt: vna ꝙ versabatur in hoc studio nostro: quo etiam nunc maxime delectamur: ꝛ cum ingenio vt nostri nec sine industria: deinde ꝙ mature se contulit in societates publicanorum quod quidem nollem ma

rimis eni dãnis affectus est: sed tamẽ cõmunio ordinis mihi cõmendatissimi fecit amicitiam nostram firmiorẽ. Deinde versatus invtrisq subsellijs optima ꝛ fide ꝛ fama iã ante hãc commutationẽ reip. petitioni sese dedit: honorẽq honestissimũ existimauit fructũ laboris sui. His aũt tẽporibus a me Brundusio cũ litteris ꝛ mãdatis profectus est ad Cesarem qua in re ꝛ amorem eius in suscipiendo negocio perspexi: ꝛ fidem in conficiẽdo ac renunciando.

iudiciale: dicturus causas p alterio ipe cõtulit se ad amicitiã meã: deinde vt .i. post q̃ ipse corroborauit idest cõfirmauit se p noticiam ꝛ experientiã fact⁹ potẽtior: ꝛ nue cause accesserunt .i. addite sunt q̃ auxerunt beniuolentiã meã in illũ. Una q̃ versabat i hoc studio nostro .s. philosophico quo delectamur maxime etiam nũc .i. ad huc: ꝛ .i. etiam cũ ingenio vt nosti: nec .i. ꝛ nõ sine industria idest ꝛ cũ industria: hoc est ingenio ꝛ industria comitib⁹: deinde q scilicet Uarro contulit se mature idest cito in societatem publicanorũ .i. q̃ publica vectigalia redimũt ꝛ portoria cõducũt: qd q̃dẽ nollent .i. vellẽt eũ nõ fecisse (vbi negatio nõ agit in verbũ: sꝫ in adiectũ) est eni effect⁹ maximis dãnis: sꝫ tñ cõis .i. cũ eẽt communis socius ordinis .s. publicanorũ cõiunctissimi mihi: mallẽ tñ legere cõmunio .i. commertium ordinis coniunctissimi mihi fecit amicitiam nostram firmiorẽ. Deinde versatus .i. agẽs invtrisq subsellijs .s. causidicorum ꝛ publicanorum: optima ꝛ fide ꝛ fama idest habẽs optimã fidem ꝛ famaꝫ de fide .i. fidelitate: ipse dedit idest addixit se petitioni .i. supplicationibus faciendis aut requestis vt Galli dicunt pro alijs iã ante hanc comutationem reip. .i. priusq̃ resp. per te liberata eẽt a tyrannide Cesaris: ꝛ existimauit fructum laboris sui .i. quem ex labore suo assequeret: honestissimum sup. esse Aũt. idest sed ipse profectus est his diebus Brũdusio ad Cesarem .s. Octauium cũ mãdatis a me .s. acceptis in qua re ego perspexi .i. euidenter cognoui aut aiaduerti: ꝛ amoreꝫ eius .s. in me. in suscipiendo negocio idest eo q suscepit negocium tam libenter: ꝛ fidẽ .i. fidelitatẽ in cõficiẽdo .i. trãsigendo ꝛ expediẽdo ꝛ renunciando .i. reportando rñso. Qꝛ multi libenter suscipere videntur: sꝫ susceptum neligunt alij etiã susceptum minus cõficiũt diligẽter sꝫ i renũciãdo negligẽtes sunt: vbi sciem⁹ renũciare pprie esse nũciũ reportare ꝛ significare qd nunciatum est: his premissis cõmẽdationẽ ipaꝫ aggredit pmittens tamen nõ impertinẽter cur superiora plocutus sit.

> **Negatio** q̃nq nõ agit i verbum sꝫ in adiectuꝫ.
>
> **Petitiones** galli req̃stas dicunt.

¶ Uideor mihi cũ separatim de probitate eius: ꝛ moribus dictur⁹ fuissem: si pri⁹ cãm cur eũ tantopere diligerẽ: tibi exposuissem: in ipa cã exponenda satis etiã de pbitate dixisse. Sꝫ tñ separatim pmitto in meq recipio fore eũ tibi ꝛ voluptati et vsui. Nam ꝛ modestũ hoiem cognosces: ꝛ prudentẽ ꝛ a cupiditate oi remotissimum: pterea magni laboris summeq industrie. Neq ego hic pollicer debeo: q̃ tibi ipsi cũ bñ cognoueris indicanda sunt: sed tñ in oibus nouis cõiũctionibus interest: qualis prim⁹ adit⁹ sit: ꝛ qua cõmẽdatiõe quasi amicitie fores aperiant. Qd ego his lrĩs efficere volui: ꝛ si id ipsa p se necessitudo questure effecisse dꝫ sꝫ tamẽ nihilo infirmi⁹ illud hoc addito. Cura igit si me tãti facis quãti ꝛ Uarro existimat ꝛ ipse sentio: vt q̃primum intelligã hãc meam cõmendationem tantum illi vtilitatis attulisse: quantũ ꝛ ipse sperarit: nec ego dubitarim. Uale.

¶ Uideor mihi cũ fuissem dictur⁹ separatim .i. diuisim de pbitate ei⁹ .s. Patroĩs ꝛ de morib⁹: si exposuissem tibi pri⁹ cãm cur diligerẽ eũ tãtopere dixisse ẽt satis de pbitate .s. ei⁹ in ipsa cã exponẽdo cãm amoris q̃ in pbitate eius fundat: sꝫ tñ ego pmitto separatim: ꝛ recipio in me .s. onus pstãdi hoc est spondeo p Uarrone: eũ fore .i. futurũ tibi: ꝛ voluptati ꝛ vsui .i. vtilitati. Nam tu cognosces sup. eũ: hoiem ꝛ modestũ ꝛ prudentẽ ꝛ remotissimũ a cupiditate oĩ: preterea magni laboris ꝛ summe industrie idest grauitatis ꝛ solertie. Neq ego debeo polliceri tibi hec: que iudicanda sunt tibi ipsi cũ scilꝫ ita sit q bene cognoueris: sed tamen interest idest refert in oibus coniunctionibus nouis qualis sit primus aditus ꝛ qua commendatione aperiãtur quasi fores amicitie. Qd scilicꝫ aperire fores amicitie: ego volui efficere his litteris: et si .i. tametsi: ipsa necessitudo questure debet effecisse id ex more maiorum vt pmisit: sꝫ tñ illd sup. erit nihilo .i. i nullo infirmi⁹ hoc .s. cõmẽdatiõis nre addito igit cura si tu facis me tãti q̃ti ꝛ varro existimat: ꝛ ego sentio: vt intelligaꝫ q̃primũ .i. valde cito: hãc cõmẽdationem meaꝫ atulisse illi .s. Uarroni: tñ vtilitatis quantum ꝛ ipse sperarit nec ego dubitarim scilicet illi allaturam fuisse. Uale.

> **Fore** futurũ (vt sepe sunt testat⁹) denotat.

M.T.C.Bruto.S.P.D.

Quia semper animaduerti studio se te operã dare: vt neq̃d meoꝝ tibi eẽ ignotũ ꝑpterea nõ dubito quin scias nõ solũ cuius municipij sim: sed etiam q̃ diligenter soleam meos municipes arpinates tueri. Quorum quidem oĩa cõmoda oẽsq; facultates qbꝰ ⁊ sacra cõficere⁊ sacra tecta edium sacraruz: locorũq; coĩuz tueri possint consistunt in his vectigalibꝰ que habẽt in prouincia Gallia Ad ea visenda pecuniasq; que a colonis debentur exigẽdas totamq; rẽ⁊ cognoscẽdã: ⁊ administrandaz legatos equites Ro. misimꝰ. Qu. Suffidiũ. Qu. F. M. Fantiuz. M. F. Qu. Mamercũ. Q. F. Peto a te maiorẽ in moduz pro nostra necessitudine: vt ea res tibi cure sit operamq; des: vt per te q̃ cõmodissime negociũ municipij administretur: q̃ primũq; cõficiatur ipsosq; quorũ noĩa scripsi: vt quaz honorificẽtissime pro tua natura⁊ q̃ liberalissime tractes: bonos viros ad tua necessitudinẽ adiũxeris: municipiũq; gratissimũ bñficio tuo deuinxeris: mihi vero etiam gratius feceris q: cũ semper tueri municipes meos cõsueui: tũ hic ãnus ꝑcipue ad meã curã officiũq; pertinet. Nã constituẽdi municipij cã hoc anno edilẽ filiũ meũ fieri volui: ⁊ fratris filium: ⁊. M. Cesiũ hominẽ mihi maxime necessariũ (Is enim magistratus in nostro municipio nec alius vllus creari solet) quos cohonestaris: imprimisq; me si resp. municipij. tuo. studio diligentia bene administrata erit. Quod vt facias te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

Epl'e materia. Quia ⁊c. Arpinates cõpatriote Ciceronis habebãt in Gallia cisalpina q̃tum ad Italos: vectigalia quibus publica sustinebant negocia: quocirca Brutuz rogat vt in eis recipiẽdis faueat dicens. Quia ego aĩaduerti semꝑ te dare operaz studiose: vt ne q̃d meorũ. i. eorũ que agere esset ignotũ tibi: ꝑpterea nõ dubito q̃n scias non solũ cuius municipij sim: q: Arpini: sed etiã q̃. i. q̃tum diligenter soleã tueri. i. ꝓtegere Arpinates municipes: vñ ꝓm Vallam dicendum cõmunicipes meos: nõ enim Cicero princeps eorum erat. Quorum. s. Arpinatum quidem. i. certe oĩa cõmoda: ⁊ oẽs facultates quibus possint et i. simul conficere. i. perficere sacra. i. res sacras: vt sacrificia ⁊ templa. ⁊ tueri. i. cõseruare tecta ediũ sacrarũ. i. sacroꝝ ⁊ locoꝝ cõium. i. ad ciuitatem cõiter ꝑtinẽtiuz. vt sunt fora menia: ⁊ similia sacra. i. cõcinnata ⁊ integra consistũt in his vectigalibus que hñt in prouinciam Gallia. Nos misimus Quintum Suffidium filium Quintij Marcum Fantium filium Marci Quintum Mamercium filium Quinti equites Romanos legatos ad visenda ea. s. vectigalia arpinatuz: ⁊ ad exigendas pecũias que debent a colonis ⁊ ad cognoscendaz ⁊ administrandam totam rem. i. totũ negocium. Ego peto a te in maiorem modũ pro necessitudine nostra. i. ꝑpter necessitudinẽ nostrã vt ea res sit tibi cure ⁊ des operam: vt negociũ municipij admistret per te. i. tuo presidio: q̃ cõmodissime ⁊ vt conficiatur. i. absoluatur ⁊ expediatur: q̃ primũ. i. valde cito: ⁊ vt tractes ipsos quorum noĩa scripsi q̃ honorificentissime ⁊ q̃ liberalissime pro natura tua. idest iuxta naturam tuam tu adiunxeris scilicet hoc faciendo viros bonos ad necessitudinem tuam: idest cumulum tuorum necessariorum: ⁊ deuinxeris. idest obligaueris beneficio tuo municipiũ gratissimum: vero. i. sed tu feceris mihi etiam gratius q. cũ scilicet ita sit q consueui semper tueri municipes meos: tum hic idest presens annꝰ pertinet precipue ad curam meam et officium scilicet meum. Nam ego volui filiuz meum. scilicet. M. Ciceronem ⁊ filium fratris sup. mei: ⁊ Marcum Cesiũ hoiem necessarium mihi maxime fieri hoc anno edilem idest curatorem edium ⁊ edendorum in eo municipio: causa municipij constituendi. i. ad meliora instituta redigendi (Enim idest quia: is magistratus videlicet edilitius nec vllus alius solet creari in municipio nostro) quos scilicet omnes: tu cohonestaris idest simul honestaueris: et imprimis idest ꝑcipue me: si respu. municipij erit administrata bene: studio tuo ⁊ diligentia tua. Quod vt facias rogo te vehementer etiam atq; etiam idest iterum atq; iterum Vale.

Ordo littere.

Valla.

Cicero. Arpinas.

M.T.C.Bruto.S.P.D.

Alia epistola cōiter cōmendaui tibi legatos arpinatū: vt potui: diligentissime: hac separatim Quī. Suffidiū: qcū mihi oēs necessitudines sunt: diligētius ꝯmēdo: nō vt aliqd de illa cōmendatōe cōminuam: sed vt ad hanc addaz. Nam ꝛ priuignus est. M.Cesij mei maxime ꝛ familiaris: ꝛ necessarij: ꝛ fuit i Cilicia: mecum tribunus militum: quo in munere ita se tractabat: vt accepisse ab eo bñficium viderer nō dedisse. Est preterea (qđ apud te valet plurimū) a nostris studijs non abhorrens. Quare veliz eū ꝙ liberalissime cōplectare: operaqꝫ des: vt in ea legatione quā suscepit contra suum cōmodum secutus authoritatem meam ꝙ maxime eius excellat industria. vult eñ id qđ optimo cuiqꝫ natura tributū est: ꝙ maximā laudē tum a nobis: qui eū impulim⁹: tū a municipi ꝯseq: qđ ei ꝯtiget si hac mea cōmēdatōe tuū erga se studiū erit ꝯsecutus.

Alia epl'a ꝛc. Q. Suffidius p dicta arpinatū cā ad Brutū legatus: fuerat tribunus militū cū Cicero in Cilicia imparet quocirca hūc singuriter cōmendat eidē Bruto: rogās vt sic eius legationez sua ope iuuet vt inde laudē cōsequaꝛ Suffidi⁹ ꝛ ipse grām. Ordo est. Ego cōmēdaui tibi alia epl'a legatos arpinatū cōiter.i.siľ oēs diligētissime vt potui: ꝛ ego cōmēdo tibi diligētius / sepatim hac.s.epl'a: Quitū Suffidiū: quicum i.cū quo / oēs necessitudines.i. necessarie amoris ꝛ amicitie ꝯiūctōes sūt mihi: non vt cōminuā.i.detrahā aliqd de cōmendatōe illa.s.cōi: sꝫ vt addā sup. aliqd ad hāc Nā ipse Suffidi⁹ est ꝛ priuign⁹.i. ex vxore ab alio viro genit⁹: Marci Cesij mei maxie ꝛ familiaris ꝛ necessarij: ꝛ fuit mecum cū eēm impator in Cilicia tribun⁹ militū in quo mūere.i. offō aut magistratu: ipse tractabat.i.regebat se ita: vt viderer accepisse bñficiū ab eo: nō dedisse sup. ei Preterea qđ plurimuz valet apud te: ipse: est nō abhorrēs.i.nō alien⁹ a studijs nr̄is.s. phie stoice ꝑsertim secte. Quare ego veliz sup. vt cōplectare eum ꝙ liberalissime: ꝛ des opam: vt ei⁹ industria excellat.i.ꝑemineat ꝙ maxie in ea legatōe quā suscepit ꝯ suū ꝯmodū: secut⁹ auctoritatē meā. Vult eñ (id qđ tributum est optimo cuiqꝫ a natura) cōseq ꝙ maximā laudē tā a nobis q impulimus eū: tū a municipio. Qđ cōtinget ei si cōsecutus erit studiuz.i. fauorem tuū erga se: hac cōmendatione mea.

Eple argumentū — *Ordinatio text⁹.*

M.T.C.Bruto.S.P.D.

Lucceius Castronius Petus longe princeps municipij Lucensis: ē honestus: grauis: plenus officio: bon⁹ plane vir: ꝛ tum virtutibus: tum ēt fortuna: si quid ad rez ptinet: ornatuz: meus aūt est familiarissimus: sic prorsus vt nostri ordinis obseruet neminem diligentius. Quare vt ꝛ meuz amicum: ꝛ tua dignum amicitia tibi commendo. Cui qbuscunqꝫ rebus cōmodaueris. tibi pfecto iucundū: mihi certe erit gratum. Uale.

